





Q. D. B. V.

DISSE<sup>433</sup>  
TATIO INAVGURALIS IVRIDICA

DE

PRAESCRIPTIONE ACTIONIS  
PIGNORATICIAE DIRECTAE

QVAM

IN ACADEMIA ROSTOCHIENSI

INCL. ICTORVM ORDINE CONSENTIENTE

PRAESIDE

VIRO PERILLVSTRI

DOMINO IOHANNE MATTHIA MARTINI

CONSISTORII DVCALIS VICE - DIRECTORE

PHILOS. ET IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE,

H VIVSQVE PROF. PVBL. ORD. FACVL T. IVRID.

SENIORE

PRO

SVMMIS IN VTROQUE IVRE HONORIBVS OBTINENDIS

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

A V C T O R

CAROLVS FRIEDERICVS VOIGT

B V E T Z O V I E N S I S.

ROSTOCHII D. XI. MAR<sup>APRIL</sup>. A. O. R. MDCCXCIV.



PERILLVSTRI EXCELLENTISSIMO GRAVISSIMO  
DOMINO  
HERMANNO BECKER  
IVRIVM DOCTORI  
ET  
IN ACADEMIA GRYPHISWALDENSI  
CVI DEVS FAVEAT  
PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO  
ORDINIS QVI DE IVRE RESPONDET  
PRAESIDI ET SENIORI  
IVDICIIQVE  
IN QVO RES ECCLESIASTICAE  
DVCATVS POMERANIAE  
PRINCIPATVS QV E RVGIAE  
TRACTANTVR  
DIRECTORI  
AVVNCVLO MEO EXOPTATISSIMO  
CVIUS HOSPITIO  
ET  
QVOTIDIANA CONSVERVDINE  
PER QVINQVENNIVM  
QVOD OLIM  
IN ULLA ACADEMIA

STUDIORVM CAVSSA COMMORATVS SVM  
VTI FRVIQUE MIHI LICVIT  
HERMANNI EXCELSISSIMO  
C VI  
QVALEM CVNQVE QVAM HABEO  
IVRIS SCIENTIAM  
VN FERE DEBEO  
QVI ME SEMPER  
TANQVAM FILIVM DILEXIT  
QVEMQVE EGO  
MAGIS QVAM FILIALIA AMORE  
AT QVÆ PÆTATIBUS  
AMPLEXVS SVM  
HVIC ET TANTI  
DE ME IMMORTALITER MERITO  
VIRO  
IN TESSERAM  
GRATI ET PIÆ ANIME  
CVM VOTO  
PLACIDAE SENECTVTIS  
OMNISQVE VERAE FELICITATIS GENERIS  
HVNCC LIBELLVM ACADEMICVM  
PUBLICAE DISQVISITIONI  
EXPOSITVM  
DO DICOD DEDICO  
CAROLVS FRIDERICVS VOIGT  
IMREVETZOVENSIS.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA.  
DE  
PRAESCRIPCTIONE ACTIONIS PIGNORATICIAE  
DIRECTAE.

§. I.

*Definitio variique vocis Praescriptio significatus.*

Verbum *Praescriptio* non apud solos Iuris nostri auctores, sed etiam apud purioris latinitatis scriptores occurrit, varieque accipitur. Sic v. c. apud CAESAREM a) pro *caufa seu praetextu*, et apud SENECAM b) pro *cauillationibus et subtilitatibus Sophistarum*, qui Philosophia abutebantur, et nomine Philosophorum plane indigni erant, occurrit. Sed frequentissimus huius vocis usus in Iure nostro deprehenditur, ubi tam in sensu generaliori quam specialiori accipitur. Illo in sensu *quamicunque significat exceptionem, qua ad elidendam actoris intentionem utimur* c); in hoc vero dicitur: *Exceptio a lapsu temporis defumta* c).

a) *Commentar. de Bello Civil. III, 32.*

b) *Epist. XLVIII, in fin.*

c) *Vnde v. c. Praescriptio rei indicatae. L. 29. D. de except. rei iud. transactionis. L. 9. pr. D. de transact. longae passionis L. 5. §. i. D. de diu. tempor. praescript. fori L. 13. C. de except. seu praescript. dolii mali L. 91 D. de solut. et liberat. Quae, quam per eas nos contra actoris intentionem*

defendamus, *Defensiones* quoque dicuntur. *L. 5. in fin. D. de except. praescript.* *L. 9. 11. et 12. C. eod. L. vu. C. de satisdat.* Deinde et *Conditiones* audiunt in *L. 22. pr. D. de except. praescr.* cuius denominationis ratio in antiqua iudiciorum et modi in iis procedendi apud Romanos visitata forma quaerenda est; quum nempe Praetor actori formulam actionis et reo formulam exceptionis suppeditans, hanc formulae sententiae Judici pedaneo a se constituto per modum conditionis adnectere soleret. Iubebat v. c. reum condemnare sub conditione: vera non esse, quae reus contra actoris intentionem allegasset. Probant hoc formulae illae notissimae: *Si paret L. Titium L. Mevio centum delere, nisi de non petenda bac pecunia inter se pepigerint, tu eum condama.* Plurima talium formularum exempla habentur in *Iure nostro* v. c. in *L. 1. §. 1. D. fam. hercifc. L. 4. §. 8. D. de dol. mal. et met. except. L. 1. §. 16. D. de flumin. L. 22. §. 2. D. quod vi aut clam. L. 7. §. 3. D. eod. L. 25. §. 17. D. de bered. petit. L. 10. D. de pign. et hyporb. L. 13. 14. 16. 18. D. de except. praescr. L. 25. et 30. D. de A. E. V. L. 48. D. de procurat. L. 17. §. 1. L. fin. §. 2. D. ad SCt. Vellei. L. 15. D. de O. et A. L. 11. §. 3. D. de except. rei iud. L. 17. §. vlt. D. de inslitor. ait. L. 14. in fin. L. 17. D. de publ. in rem ait. L. 22. §. 1. D. de dann. inf. L. 7. §. 1. D. de curat. furios. Denominantur et aliquando *Praejudicia*, vid. inscriptio tit. D. de except. praescr. et *prae-iudiciis*. *L. 1. §. 1. D. fam. hercifc.* Immo et *Exclusiones* v. gr. in *L. 2. pr. D. de except. praescr.* Pluribus denique et innumeris fere locis metaphorice appellantur *Exceptiones*. Sicut enim telum clypeo, ne corpus vulneret, et pila, ne in terram cadat, excipitur, sic etiam actio excipitur a reo, i. e. opponuntur et obiciuntur ab eo talia, quibus actio eliditur et infringitur, certe ad tempus a vi sua suspenditur, prout scilicet vel ad differendum faltem vel ad perimendum iudicium allegatio tendit. Caeterum verbum *Excipere* in aliis quoque significatis occurrit, v. c. pro scribere s. calamo excipere in *L. 19. §. 5. D. locat. conduct.* *L. 32. §. 2. et 4. C. de appellat.* vnde *Exceptores* dicti, qui mediantibus notis et sigillis scribabant verba et dicta loquentis, ea celeritate, vt velocitatem dicentis adsequerentur. *L. 33. §. 1. D. ex quib. cauſ. maior.* *L. 12. §. 1. C. de proxim. ſacror. ſcrin.* *L. vlt. §. vlt. C. de Caſtrenſ. et ministeriuſ.* in qua arte Imperator Titus admodum versatus fuisse dicitur narrante Suetonio in eius vita Cap. III., pro intelligere in *L. 11. §. 5. D. de inter-**

interrog. in iur. fac. Occurrunt etiam verba: *Stillicidium exciperē L. 17.*  
*§. 3. D. de S. P. V. in venditione aliquid excipere L. 17. §. 6. D. de A. E. V.*  
*i. e. cauere, ne res quaedam ad emtorem transeant, quae, nisi exceptae fuissent,*  
*vtique alias transiturae fuissent; nec minus id significat, quod anomaliam f.*  
*exceptionem a regula constituit. vid. e. c. L. 4. §. fin. D. de penu legat. add.*  
*L. 3. §. 10. D. ad SCt. Silan.* Immo et tam late aliquando ista vox sumitur, ut  
*et ipsas adeo allegationes actoris sub se comprehendat. conf. L. 2. pr. er seqq.*  
*¶. L. 5. L. 22. §. 1. D. de except. praefcr. L. 16. C. ead. L. 56. D. de Condit.*  
*indeb. L. 1. C. de iur. et fact. ignor. §. 3. I. de replicat.* Stricte tamen solas  
*rei allegationes designat, cum actionis verbo non continetur exceptio, et acto-*  
*res non exceptionibus, quibus reis auxilium tribuitur, sed replicationibus*  
*suam, si quam habent, intentionem muniant. L. 8. §. 1. D. de V. S. L. 10. C.*  
*de except. seu praescript. Hae negotii bonae fidei ipso iure iam inerant,*  
*ideoque a Praetore non demum impetrari debebant. L. 3. D. de rescind. vend.*  
*L. 21. D. solut. matrim. L. 84. §. 5. D. de legat. i. L. 38. L. fin. D. de hered.*  
*petit. in Iudicis autem stricti iuris nominis a Praetore poterant impetrari, qui*  
*eas praescribebat, ob id ipsum Praescriptiones dictas et quidem per modum*  
*conditionis, quam formulae adnoscetebat, vnde et, vti iam dictum, Conditiones*  
*nuncupabantur, conf. BARNAB. BRISONIUS de Verborum Significa-*  
*tionibus ex edit. IO. GOTTL. HEINECGII et I. H. BOEHMERI*  
*Hal. 1743. fol. et IO. MATTH. GESNERI Nouus Ling. et Erudit.*  
*Rom. Thesaurus Tom. I — IV. Lips. 1749. fol. s. v. Exceptio et Praescriptio.*

## §. II.

### Divisio Praescriptionis et in specie de praescriptione actionum.

Hanc, quam modo definiui, Praescriptionem, stricte seu in sensu  
 specialiori sic dictam, varie diuidere solent. *Vel enim haec tribuit alicui*  
*ius in re quadam alterius, quod quidem lapsu temporis fieri vtique posse,*  
*tralatitium est; vel ius, quod scilicet alter aduersus me aut in rem mean-*

hacie-

hactenus habuit poteratque exercere, extinguit et tollit. Illo in casu *adquisitiua* vocatur, hoc vero *extinctiuae* a) sub nomine Ictis venire solet. Per illam ius aliquod hucusque non competens *adquiri* praescriventi; hac vero eundem a iure alterius ob huius non vsum, *liberum reddi*, ex his intelligitur. *Haec iterum duplex est.* Extinguit enim *vel* ipsum id ius, quod dixi aliquando per non vsum perire, *vel* saltem remedium iuris pro perseguendo scilicet aliquo iure legibus proditum. Priori in casu *extinctiua in specie b)*; posteriori vero *Praescriptio actionis c)* audit. De qua ultima specie, quae quippe huius demum est loci, pauca addere, non a re mihi alienum videtur.

a) Praescriptionem extinctiua ill. Academiae Ienensis Antecessor haud ita pridem defunctus IO. LUDOV. SCHMID in *Opusculis de Praescriptione praesertim circa pignus secundum omne ius quo in Germania utimur.* Ien. 1780. 4. editis, *Opusc. I. §. 18.* subdiuidit quidem adhuc in *simplicem et mixtam*; hanc subobscure ita definens: quod sit ea *praescriptio*, per quam *praescrivens* ex diuturnitate temporis una cum exclusione alterius iuris personalis — quid hoc? — simul dominium in eius re se *adquisitus* putat; sub illa vero eam intelligens, *qua praescrivens tantum ius*, quod alter aduersus eum hucusque *babebat*, sine quadam in re alterius dominii *adquisitione*, *excludere* cupit. Sed quilibet, me etiam non monente, intelligit, praescriptionem hanc extinctiua - mixtam a. b. Dn. SCHMID nuncupatam prorsus eandem esse et coincidere cum ea, quam omnes hucusque *adquisitiua* vocarunt, et extinctiua simplicem seu mere extinctiua nihil aliud esse, quam eam, quae a Doctoribus hucusque *extinctiua* nominata *simpliciter* fuit. Satis hoc etiam exinde adparet, quod celeb. D. Auctor in §. 55. ditti *Opusc. I.* ad praescriptionem hanc extinctiua - mixtam prorsus eadem requisita desideret, quae ad praescriptionem *adquisitiua* necessaria sunt. Requirit enim ad eam praeter rem habilem, bonam fidem, iustum titulum, legitimum modum adquirendi, et possessionem per tempus lege definitum, eandemque haud interruptam. Quae vero quin formale *adquisitiua* praescriptionis constituere constet; quomodo quaequo, quum, qui ita possidet, non possit non *adquisitiua* *praescripsisse* existi-

existimari, nihilominus *extinctua* dici haec praescriptio potest, maxime, quum tritum et conclamatum sit, hanc solo temporis lapsu absolui, et exceptionem tantum, non vero dominium praefribentis tribuere; immo nec bonam fidem, nec aliud quidquam, certe de Iure Romano, ad illam desiderari. Quae quum ita sint, et insigniter adeo inter se tam essentialiter, quam formaliter, adquisitiua et *extinctua* praescriptio differant, nescio sane, quo fato contigerit, ut acutissimus alias b. Dn. SCHMID, caeteroquin sat ipse inter adquisitiuum et *extinctiuam* praescriptionem distinguens, nihilominus, quum illam haberet, hanc sibi sit visus alicubi deprehendere, camque maluerit *extinctuo-mixtam*, quam vero nomine suo adquisitiua vocare. Nec tamen, per omnes Deos testor, eo haec valent, vt de casu commodatarii ultra triginta annos rem comodatam tenentis; quo quidem exemplo b. Dn. SCHMID l. c. Opus. 1. §. 18. suam, vti vocat, *extinctuo-mixtam* praescriptionem illustrat; haec accipi velim. Tantum enim abest, vt rei comodatae hunc villo unquam temporis lapsu *adquisitiue* praescribere posse existimem, vt potius ob manifestissimum tituli defectum, quem ipse tamen Dn. SCHMID in sua *extinctuo-mixta* per praecedentia desiderabat, praeter *extinctiuam actionis*, ab omni cum prorsus praescriptione excludam. conf. L. 39. D. locat. cond. et L. 10. C. de locat. et cond. L. 2. C. de praefr. 30. vel 40. annor. IO. GEO. ESTOR vnu der Verpachtung auf Lebzeitlang, Willkür vnd lange Zeit in Eius kleinen Schriften P. 1. nr. 3. p. 147. seqq. et P. III. nr. 3. p. 243. seqq. ABR. KAESTNER Diff. de errore DD. opinione per locationem ad longum tempus factam vtile transferri dominium, Lips. 1743. SAM. STRYCK in Vf. Mod. Lib. XIX. Tit. II. §. 58 — 61. IO. RUD. ENGAU Element. Iur. germ. Lib. III. §. 122. Generos. IO. HENR. CHR. de SELCHOW Element. Iur. german. §. 365. et centum alii, qui singuli ostenderunt, conductorem, vt in perpetuum conductio facta sit, nunquam tamen rei conductae dominium adquirere; vt merito ergo vapulet STRYCKIUS in Caut. Contr. ex edit. IO. GOTTL. HEINECCI Berol. 1736. 4. S. II. C. IX. §. 6. ciusque sequaces, ad singulos nouem annos saltem locationis contractum inire fraudentes, ne dominium alias praefribendo a locatore in conductorem beat; quae responso sane mea non amplius indigent, quum eam iam dederit Vir III. IUST. CLAPROTH in Rechtswissenschaft von richtiger und vorsichtiger

ziger Eingebung der Verträge und Contrakte. Ed. III. Goett. 1786. 8. P. II. §. 305. nr. XIII. vid. et AUG. de LEYSER §. CCXV. Med. III. De Commodato plane idem dicendum esse, identitas rationis ostendit. Ad praescribendum enim requiritur possessio *iuris*: qua vero, quum commodatarius careat; I. H. BOEHMER *Introd. in Ius Dig. Lib. XIII. Tit. VI.* §. 3. pr. ob id ipsum adquisitiue praescribere nequit. Haec sane sufficient ad profligandam distinctionem, quae nec in ipsa re, nec in legibus fundamentum agnoscat, nec, quantum scio, apud ullum alium Ictum praeter Dn. SCHMIDUM obvia est, quoque eo facilius superedere poterimus, quum omni practerea vnu et fructu destituantur.

b) vid. WOLFG. AD. SCHOEPE. *Diff. de servitutum praescriptione extincta*. Tüb. 1716.

c) Introducta primum fuit haec praescriptio actionum, si a temporariis recesseris, ab Imp. THEODOSIO iuu. et VALENTINIANO III. — ita enim inscriptionem Legis III. Cod. Iustin. de praescr. 30. vel. 40. annor. emendandam esse ex inscriptione Legis 1. Cod. Theod. de act. cert. temp. finiend. iam alii animaduerterunt — et quidem in c. L. 3. Cod. Iustin. vid. pr. Iust. de perp. et tempor. act. Vir etiam post facta illustris ERN. CHRIST. WESTPHAL in opere praestantissimo *System des Roemischen Rechts über die Arten der Sachen, Besitz, Eigentum und Veriaetruung*, Lips. 1788. 8. §. 819. cum potissimum in finem: ut ne lites sint immortales, et ut debitor tandem sit securus. Definiri commode potest: quod sit exceptio peremptoria, vim tamen habens litis ingressum impediendi, eaque iuris non facti, quia reus actionem, actori olim eisdem competentem, iam lapsu temporis seu spatiis ipsi in legibus adsignata, peremptam nec saluau amplius esse contendit. Quare et recte ill. Dn. AD. DIETER. WEBER, Academiae Rostochiensis iam decus et ornamentum, in libello elegantissimo *Beytraege zu der Lehre von gerichtlichen Klagen und Einreden*. Suerin et Wismar. 1789. 8. *Betracht.* VI. p. 67. seqq. annotat, non ideo ipsum ius, ad cuius persecutionem tendebat, sed unice potius solam actionem saluo iure, per lapsum temporis posse pro extincta haberi.

§. III.

## §. III.

*Fundamentum huius Praescriptionis Actionum.*

*Fundamentum huius praescriptionis actionum quaerendum est vnice in negligentia a) eius, cui actio competebat. Praestituerunt enim leges cuilibet actioni certa tempora sua, vitam earum *civilem* b) constitutiva, quorum post lapsum *exspirasse* dicuntur, et quasi *emortuae*, quae proinde aucturis tam stricte sunt obseruanda, ut iis elapsis reus eosdem exceptione iam praescriptae actionis repellat. Qui ergo tam vecors, rerumque suarum est incuriosus, vt hocce tempus praeter abi sinat, nec iure suo interea usus sit, sibimet ipsis imputare debet, si posthac effectu destituitur actio, et cum ea ius ipsum, ad quod persequendum illa tendebat; perpetua quippe ipsis exceptione obstante, quae quidem iam impedit, quominus vires vterius exslerere possit. Contra desides enim homines, et sui iuris contemtores odiosae exceptiones oppositae sunt c); et fieri sane non potest, quin is, qui sibi contra aliquem aut in rem, quam is detinet, ius competere scit, nec tamen id intra tempus praefinitum persequitur, immo et debitorem intra tantum temporis spatium nequidem interpellat, iuri suo *renunciasse*, et liberalitatem exercere et debitori debitum remittere voluisse censendus sit d): maxime quum pactum remissorium non verba semper expressa desideret, sed etiam, quemadmodum hoc in pactis in genere juris est, consensus tacitus et factis tam commissionis quam omissionis declaratus sufficiat e). Facta tamen concludentia desiderari, h. e. *necessarium* adesse debere *consequentialiae* *nexus* interfactum et consensem, qui ex eo inducitur, vix est ut moneam. Cacterum pactorum huiusmodi tacitorum exempla plura in iure nostro dari, in vulgus est notum f).*

B 2

a) L. 2.

a) *L. 2. init. L. 3. in fin. C. de annual. except.* Caeterum hanc, de qua mihi iam sermo est, praescriptionem actionum plerumque confundere et non satis curare, ut quidem debebant, distinguere solent ab *adquisitiua longissimi temporis a IUSTINIANO Imperatore*, et ante eum iam a CONSTANTINO M. et ANASTASIO introducta vid. *L. 2. 4. et 6. C. de praescr. 30. vel 40. annor. L. 14. C. de iudic. patrim.* cf. Exc. I. L. E. PUETTMANNUS loco ad §. VI. infra. mox citando. Cap. I. §. V. p. 177. b. Dn. ERN. CHRIST. WESTPHAL in *Opere iam laudato* §. 622. et 794. seqq. Quare operae pretium facturum me puto, si potiores, quae inter utramque intercedunt, differentias, quam fieri brevissime poterit, occasione hac data, inuestigauero. Differunt autem praesertim in his: 1) quod illa, s. actionum ab Imperatoribus THEODOSIO iun. et VALENTINIANO sit introducta, haec a IUSTINIANO aliisque, uti iam dixi. 2) quod illa circa *actiones*, *Iustinianea* vero circa *res*, sive corporales sive incorporeas, versetur. 3) quod illa ex*sentiencia*, *Iustinianea* vero ad*quisitiua* sit. 4) quod illa tantum exceptionem tribuat, *Iustinianea* plerumque sit modus ad*quirendi*, vid. *L. 28. D. de V. S. et L. 8. C. de praescr. 30. vel 40. annor.* 5) quod illa ignorantia non currat. *L. 15. §. 5. et 6. D. quod vi aut clam. L. 55. D. de Aedit. Edict.* dummodo omnis culpa ab ignorantia absit; *Iustinianea* vero utique etiam currit ignorantia. vid. IACOB. RAVII *Principia Vniuersae Doctrinae de Praescriptione*, ex edit. III. IO. BERN. CHRIST. EICHMANNI, Ien. 1780. 8. §. LXII. p. 121. Fr. VLR. PESTEL Diff. de sola ignorantia, quantumvis iusta et probabili, nullam operante *restitutionem* in integrum aduersus qualemcumque praescriptionem, Rintel. 1721. IO. WUNDERLICH de *restitutione* in integrum contra praescriptionem ex capite ignorantiae non competente, Ien. 1754. AD. FR. REINHARD *Abhandlung der Frage: Ob zur Veriaebrung die Wissenschaft desigen, gegen den praescribit werden soll, erfodert werde?* in *EIVS Sammlung vermischter kleiner Schriften*, Buetzov. 1771. 8. P. V. p. 38. 6) quod quadrum ipsum praescriptionis tempus *Iustinianae* modo triginta, modo quadraginta, modo centum annis absolviatur, altera autem s. *Theodosiana* regulariter trigesita annos desideret, eeu §. VI. vberius ostendetur. 7) quod, si fundamentum et finem praescriptionis spectes, *Iustinianae* finis sit certitudo dominii rerum, ideoque in salute reipublicae fundamentum agnoscat; huius autem fundamen-

tum

tum negligentia sit, et finis, ut illa coerceatur. L. 45. in fin. D. de administr. et peric. tutor. 8) quod illa defectum quendam in requisitis ordinariae prescriptionis, aut etiam in habilitate obiecti supponat, quod neutquam hic necessarium est. 9) quod illa semper possessionem, eamque rei alienae desideret, quod tamen in hac necessarium non est, quum haec et debitori de suo detur, et in eius favorem sit introducta; unde 10) et huic renunciari a debitor, non illi potest. vid. RAUE l. c. §. CLXVII. p. 384. segg. et Ill. EICHMANN ad b. l. 11) quod aliquando contra iudicium detur restitutio in integrum; vid. Perill. G. L. BOEHMERI Princip. Iur. Canon. Edit. IV. Goett. 1779. 8. §. 638. Reuidite Kirchen-Ordnung im Herzogthum Mecklenburg vom Iahr 1602. fol. 142. col. 2. Kirchen- Gerichts- oder Consistorii- Ordnung vom Iahr 1570. Tit. IX.; non contra banc, quae quippe sine culpa impeditis plane non currit, ut ergo restitutione minus indigeant. 12) quod illa bonam fidem semper desideret, quum alias praescribenti tantum ad excipiendum proficiat; vid. sup. cit. L. 8. §. 1. C. de praefcr. 30. vel 40. annor.; in hac, certe Iure Romano b. f. neutquam desideretur, qua quidem de re mox infra vberius.

b) L. 2. C. de constit. pecun. L. 1. C. de annual. except. L. 3. C. de tempor. et reparat. appellat.

c) L. 2. init. et L. 3. in fin. C. de annual. except.

d) L. 26. D. de probat.

e) L. 8. D. quemadmod. feruit. amitt. L. 6. §. 2. D. maudi. vel contr.

f) L. 2. C. de paft. L. 15. C. de solut. L. 5 et 7. C. ad SCt. Vellei. L. 2. C. de iur. domin. impetr. L. 57. D. de paft. L. 18. C. eod. Clem. 1. de procus rat. conf. I. H. BOEHMER Introd. in Ius Dig. I, IV, 14. VI, III, 14. XIII, VII, 9. XIV, VI, 7. et 8. XVI, III, 8. XVIII, III, 6. XX, VI, 2. XXII, I, 9, a. XLII, II, 3. XLVI, I, 2. XLVI, II, 10. in fin. XLVI, III, 13, 2. XLIX, I, 7. vid. et GOD. LUDOV. MENCKEN Diff. de factorum iudice in tacitis renunciationibus, in EIVS Opuscul. academ. Hal. 1770. 4. iunctum editis. nr. XVI.

## §. IV.

## Conseſtaria quaeſdam.

Quum praefcriptio actionum in poenam negligentiae, vt iam dixi, sit introducta, sequitur: ceſſante negligentia non poſſe non ſimul et poenam iſam ceſſare, negligentiae quippe vnicē praefinitam. Vbi ergo haec deficit, ibi nec locum eſſe poſſe praefcriptioni actionis, per ſe intelligitur. Quo ipſo adparet, quum nulla negligentiae culpa imputari poſſit ei, qui non agit, quum agere non valeret a), ob forte nondum natam illam actionem, qua vt debet; cur ergo, antequam actio competens nequidem eſt nata, nonniſi fruſtra quaeratur de eius interitu, ſi vel maxime trīginta pluresue iam anni interea decucurrerint. Quomodo enim quaero actio iam poſſet emortua dici, quae nondum viuere incepit? Rem per ſe claram illuſtrabo exemplo ex doctrina de legatis annuis temporatiis b) pērito. In hiſ ſcīlicet conſtat, ſingulos annos propriam requirere praefcriptionem, et quoad primum annum diem huius legati cedere quidem a tempore mortis teſtatoris, quoad reliquos vero annos ab initio demum cuiuslibet anni ſubsequentis. Quodſi ergo quis vitio vellet legatario vertere, quod v. c. primo ſtatim anno poſt mortem teſtatoris non iam etiam petierit praeflationem pro anno tricesimo debitam, nonne id ſati incongrue fieret? Dies enim legati pro anno tricesimo ne tum ceſſerat quidem, et plane tum nondum deberi inceperat. Quis ergo non videt, quum tunc ne nata iam quidem actio fuerit, nec vlo modo eam poſſe ratione praeflationis pro anno tricelimi debitae, ſtatim poſt lapsum anni tricesimi pro iam praefcripta haberí c). Agere enim non valenti non currit praefcriptio; et iudicium, antequam aliiquid deberetur, non accipi poterat d). Proinde negligentia hic proſuſ deſſt; qua deficiente, praefcriptioni actionum locum haud dari, ſupra iam dixi. Ut ergo locum ſibi vindicare

care haec possit, necessarium est, vt debiti dies non tantum iam cesserit, sed vt et iam venerit, seu exigi potuerit. Sequitur *porro*, quin nec is possit pro negligente haberi, qui quominus experiretur, *iure vel factō* impediatur, aequo minus actionem posse pro praescripta haberi, si exercitium eius iure vel factō fuerit suspensum. Pone v. c. filium familias ratione aduentitiorum citra casum necessitatis a patre alienatorum, aut vxorem pro dote repetenda, lege acturos. Hi certe, quum filius familias stanti in iudicio personam haud habeat e), et vxor pendente matrimonio regulariter etiam iure repetendi dotem haud gaudet; pendente patria potestate, et in casu dotti durante matrimonio, excusabuntur a negligencia; ideoque tempora actionum utrisque competentium non nisi a tempore solitae patriae potestatis f), solutique matrimonii g), ipsis currere poterunt, exule eousque omni praescriptione. *Factō* h), vt et hoc quodam exemplo illustrem, agere impediatur v. c. in negotiis sub conditione vel die initis, in quibus ut ut cedere statim, non tamen venire diem ante existentiam conditionis aut temporis in propatulo est. Quum vero supra iam dixerim, ad praescriptionem actionum necessarium esse, vt crediti dies non tantum iam cesserit, sed vt et iam venerit, ex hoc ipso satis adparet, quum eousque iam omnis negligentia desit, nec tempora praescriptionis prius currere posse, quam deinde ab existentia diei conditionis i). Denique quum nec is possit pro negligente haberi, qui tempus ad agendum ipsi in legibus datum non quidem simpliciter praterlabi passus est, sed debitorem interim, siue *iudicialiter* siue *extrajudicialiter* k) factum id fuerit, interpellauit l), coequo ipso ostendit, remittere huic se debitum nolle, sequitur: aequo minus hanc, de qua loquor, praescriptionem actionis tunc locum habere. Ex his satis, opinor, liquet, in eos tantum cadere negligentiae poenam, seu iuris amissionem, qui, dum impediti vel minime erant, actionem, quam instituere alias potuerint, utpote quia iam venerat dies, tamen intra tempus legibus definitum

insti-

instituere neglexerunt, immo ne sustinuere quidem debitorem intercessum interpellare.

a) L. 1. §. 2. C. de annual. except.

b) Aliud enim obtinere in legatis annuis *perpetuis*, quae quippe una praescritione tolluntur, satis est notum, vid. I. H. BOEHMER *Introductio in Ius Digestorum*, Lib. XXXIII, Tit. 1. §. 3.

c) vid. IAC. RAUE *I. c. §. CXVIII.* seqq. FRIED. ESAI. à PUFFENDORF *Observationes Iuris viiiii. Tom. I. Obs. CXVI.* Consult. Dn. Fratres OERBECK in *Meditationen ueber verschiedene Rechtsmaterien*, quarum V. iam Tomi *Brunsv. et Hildes.* 1780 — 1793. 8. prodierunt. *Tom. V. Meditat.* CCLXXV. §. 6. seqq.

d) L. 35. in fin. D. de iudic.

e) L. ult. in fin. C. de bonis quae liber.

f) L. 1. §. 2. C. de annual. except. vid. etiam perill. Dn. HERMANNI BECKER *Aunculi mei nunquam satis deuenrandi Diff.* *An liberi alienationem bonorum maternorum, a patre factam, reuecare possint, si heredes patris facti.* Rostoc. 1759. §. XXVI.

g) L. 7. §. 4. C. de praeser. 30. vel 40. annor.

h) dummodo tamen impedimentum id neque culposum fuerit, neque in ipsa actoris persona contigerit, sed extrinsecus aduenirerit, seu extra eum positum fuerit; v. c. iustitium. vid. b. Dn. WESTPHAL *I. c. §. 805.*

i) c. L. 7. §. 4. C. de praeser. 30. vel 40. annor.

k) Vnica tamen haec sufficit in actionibus *personalibus*, non in realibus, nisi qualificata h. c. probabilitibus argumentis suffulta et comparata sic fuerit, ut per eam alter in mala fide fuerit constitutus. L. 13. D. pro emtore, conf. I. H. BOEHMER *I. c. Lib. XLI. Tit. III. §. 18.* ANDR. FLOR. RIUINUS *Diff. de effectu quasi interpellationis seu legalis et extra iudicitalis.* Viteb. 1750. perill. CAR. FRIED. WALCHII *Introduct. in Controvers. Iur. ciui.* Edit. III. Ieu. 1791. 8. S. II. C. II. §. XXVI. MEVIUS *P. III. D. 24.*  
CARP.

CARPZOV. *P. II. Conf. III. Def. 1. nr. 5. et P. II. Conf. VII. Def. VIII.*  
*nr. 1. DAV. GEO. STRUBEN Rechel, Bedenken. Tom. I. Bed. XXI. IAC.*  
*RAUE I. c. §. XXXIII. p. 67. in fin. et §. LXXXIV. p. 147. s<sup>r</sup>qq.*

1) *L. 1 C. de praescr. long. tempor. L. 3. C. de annal. except.*

### §. V.

*An bona fides in praescriptione actionum personalium  
 necessaria sit?*

Dicendum paucis iam est de vexatissima et a celebratissimis  
 Ictis in vtramque pattem ventilata quaefione: *bona fides an  
 etiam in praescriptione actionum personalium necessaria sit?* Alii  
 quippe ad generalem Iuris Canonici a) dispositionem, quod nempe praec-  
 scribens in nulla temporis parte conscientiam habere debeat rei alienae,  
 prouocantes, Iuri Canonico firmiter inhaerendum et in omnium omnino  
 actionum etiam personalium praescriptione bonam fidem requiri indi-  
 flincte contendunt b). Alii e contra distinguere iubent: vtrum actioni  
 eiusmodi personali, qua res actoris a reo titulo dominii non translatio,  
 sed ad tempus, v. c. iure commodati, depositi, conducti caet. hucusque  
 possessa, iam ab eo repetitur, an vero tali actioni personali, quae ad  
 quantitatem a debitore petendam vincere tendit, praescribi debeat? seu  
 quod idem est, vtrum de debitore rei alienae, an de tali qui de suo quid  
 debet, quaefcio sit? Priori in casu ad id, vt debitor possit actioni praec-  
 scribere, bonam fidem requirunt, minime vero in posteriori c). Ex  
 meo qualquali iudicio haec posterior sententia tam legibus ipsis, quam  
 fini scopoque d) praescriptionis magis conformis, adeoque et veritati  
 proprius accedere videtur. Ius enim Canonicum vincere loquitur de casu  
 detentionis rei alienae, ceu verba finalia dicti capituli apertissime pro-  
 dunt: *quod nulla scilicet temporis parte conscientiam rei debeat*

C

habere

*habere alienae; et quamquam praecedentia latius aliquantum patere videantur, haec tamen ex subsequentibus interpretationem accipere extra dubium est.* Quae vero, ut dixi, cum affatim arguant, speciem Pontifici ad decidendum propositam talem fuisse, ut scilicet quaereretur de re aliena, quam quis per longum tempus hactenus detinuerat; sane nostrum haud erit, nec boni interpretis, correctionem Iuris Canonici, per integrum utpote tempus praescriptionis bonam fidem requirentis, contra mentem et clarissima Pontificis verba iusto adhuc longius latiusque extenderet, eamque non de *adquisitiua* saltem, de qua commode tamen totum capitulum intelligi potest, accipere velle, sed et adeo ad praescriptionem actionum mere personalium, h. e. nulla cum rei alienae detentione coniunctarum, eam porrigit. Quod quidem quam, meo certe iudicio, parum congrue fiat, vel inde patebit, quia non solum constat, Ius Canonicum, in quantum est correctorium Iuris Romani, stricte semper, nec ultra casum, de quo diserte dispositisse adparet, explicari debere, et exceptionem ultra casum exceptum non admittere extensionem; sed et quia ratio, cur hic Pontifex, in *adquisitiua* nempe praescriptione, bonam fidem desideret, profus haud conuenit praescriptioni *actionum*, de qua deinceps hic quaeritur, multo minus earum, quae nulla cum rei alienae detentione coniunctae sunt. Harum enim rationem omnino supra dixi, in *pacto tacito remissorio* niti. Iam autem, quum scienti non minus, immo magis adhuc quam nescienti, quem posse remittere debitum in propatulo sit; nulla sane ratio dari potest idonea, quare nec idem obtinere hic debeat in pacto remissorio tacito illo, quod leges ex negligientia creditoris inducunt, maxime quum taciti eandem vim esse quam expressi neminem fugiat. Ex dictis ergo abunde iam liquet, indulgere iam Iuri Canonico eique fauere eos, qui ad praescriptionem actionum pro repetenda re quadam ab altero detenta comparatarum bonam fidem desiderant; quo tamen in argumento me quidem haud sibi habebunt  
 aduer-

aduersarium: sed vt de *nudo quantitatis debitore* idem concedam, neutrum impetrabunt. Pontifici enim mens vnice fuit, tollere et corriger dispositionem Iuris Romani, sub initio saltem, et quidem, quod probe notes, in *adquisitiua tantum* e), immo nec hic generaliter et in vniuersum, sed qua solas res *corporales* per praescriptionem adquirendas, non etiam <sup>indistincte</sup> qua incorporales f) bonam fidem requirentis; quid ergo iam naturalius et rectae interpretationis regulis conuenientius est, quam nec Ius Canonicum posse vltra eam, quam corrigebat, dispositio nem extendi. Iura, inquam, Romana vnice in *adquisitiua*, et quidem sub *initio* saltem bonam fidem desiderabant. Hanc posteriorem iuris illius functionem Pontifex correcturus *nulla temporis parte* conscientiam rei adesse debere alienae in praescribente volebat. Ergo et haec Iuris Canonici dispositio vnice restringenda ad *adquisitiua*, ceu et memorata: *rei alienae conscientiam* etc. verba apertissime produnt; et de *extinctiua actionum*, meo quidem iudicio plane non intelligi potest nec debet g). Deinde ipsimet illi, qui contrarium sentiunt, id nobis concedere debent, bonam fidem in praescriptione actionum *temporiarum* necessariam non esse, sed vnice eam in *perpetuis* requiri h). Sed mehercule non video, quare, quum in temporariis necessaria non sit, qua perpetuas tamen illam desiderent; nec solidam villam vnuquam differentiae rationem hic dari crediderim, quum illae ipsae rationes, quae qua temporarias actiones bonae fidei requisitum ceu superfluum arguant, euidenter id etiam qua perpetuas actiones excludant et arceant. Si quid enim video, multo adhuc magis in illis, quam quidem in his desiderari debebat; quum inter se reipublicae utique possit, ne per nimis arctum temporis spatium, cui hae quidem actiones inclusae sunt, earum interitus creditoribus noceat: quod sane qua perpetuas, abunde iam laxum tempus habentes, non aequa facile euenire et contingere posse res ipsa iam docet. Accedit et *denique*, fini praescriptionis, qui in eo consilisit, vt lites tollantur, plane aduersari

C 2

hanc,

hanc, quam statuunt, Iuris pontificii mentem, qua quippe stabilita totam adeo praescriptionem actionum bono publico introductam, plane corruere, quis est qui non videat? Vnica ergo ex mea sententia ad adquisituum, certe non ad actionum nulla cum detentione rei alienae coniunctarum praescriptionem ex mente Iuris Canonici bona fide est opus i).

a) Cap. 5. et 20. X. de praescript.

b) E quibus nominasse sufficiet NIC. CHRIST. LYNCKER in *Diss. de bona fide in praescriptione tam iure civili quam canonico*. SAM. STRYCK de *A*ct**, *inuest. S. III. M. I. Ax. 6. IDEM in VS. Mod. Lib. XLIV. Tit. III. §. 2. seqq. AUG. à LEYSER Spec. CX. Med. 5. et Sp. CCCCLV. Med. 12. FRIED. ESAL. à PUFENDORF *Obseru. Iur. vniu. Tom. I. Obf. CXV. Tom. II. Obf. XCIV. IO. VLR. L. B. de CRAMER Obseru. Iur. vniu. Tom. I. Obf. CCCCXXXIII. IO. ERN. HOEPFNER Diss. de necessar. bonae fidei in praescr. act. personal. requisit. Gieß. 1744. b. ERN. CHRIST. WESTPHAL de *indole b. f. in praescriptionibus*. Hal. 1764. CHRIST. FRID. GEO. MEISTER Diss. de fide eiusque, ture in usucacione et praescriptione. Goett. 1741 et in *EIVS Select. Opus. Syloge 1. ibid. 1766. 8. nr. 1. Perill. I. L. E. PUETTMANN in Diss. Iur. Canon. de legislatore Ephesino ad c. 5. X. de praescript. quae adiecta est *Eiusd. elegantissimo Probabilitum Iuris civilis libro singulari Lips. 1768. 8. edito. IAC. RAUE I. saepius excite. §. XIX. et CXXXI. Consult. Fratres OÜERBECKII l. c. Tom. I. Meditat. XIII. Perill. GODOFR. LUDOV. MADIHN in Princip. Iur. Rom. Edit. II. Fr. 1792. 8. P. I. §. LXXV.****

c) Cui sententiae praeter alios fauent: COCCEII binis in *Diss. de finibus b. f. in praescript. de Iure Canon. Fr. 1694. et 1699. IO. GODOFR. L. B. de WERNHER Obseru. select. forens. P. 1. Obf. CLXXXIII. I. H. BOFFMER in I. E. P. Lib. II. Tit. XXVI. §. 54. seqq. LUED. MENCKEN Diss. an requiratur b. f. in praescript. act. personal. TOB. IAC. REINHARTH de b. f. in praescript. non necessaria. IO. GODOFR. SCHAMBURG Annotatt. ad Seruui Ipat. R. G. forens. Ien. 1737. 8. Lib. II. Tit. IX. Apb. 6. CAR. FERD. HOMMEL Rhapso. Quaest. Vol. I. Obf. CCVIII. IO. LUDOV. SCHMID*

in

in Opus. de praescript. supr. cit. Op. I. §. XXVI. LEONH. HENR. LUDOV. GEO. de CANNGIESSER in Collect. notab. Decis. Hasso-Cassellae, Tom. I. Decis. LVII, et Tom. II. Decis. CCLX. nr. 4. p. 431. per ill. CAROL. FRIED. WALCH. Introd. in Controvers. Iur. ciuil. Edit. III. S. II. C. II. §. XX.

d) L. 3. in fin. C. de annal. except.

e) Sic v. c. nullibi Ius Romanum ad praescriptionem seruitutem extincti-  
uam bonam fidem requirere, recte docuit SCHOEPP in Diff. ad §. II. not. b.  
supr. cit.

f) Qua seruitutes enim per praescriptionem adquirendas, notorium est,  
distingue leges: an quis eas a vero domino, an ab alio, quem dominum  
tamen esse putabat, praescribendo adquirere velit? et priori in casu bonam  
fidem in praescripturo minime attendi, sed sufficere, dummodo nec vi, nec  
clam, nec precario, sciente et patiente domino seruitute per tempus lege deter-  
minatum sit usus. vid. L. 10. pr. D. si seru. vind. L. 14. pr. D. de seruit.  
L. 1. §. 23. D. de aq. et aq. plu. L. 2. C. de seruit. conf. I. H. BOEHMER  
Introd. in Ius Dig. Lib. VIII. Tit. I. §. 8. b. Dn. ERN. CHRIST. WEST-  
PHAL in Opere doctissimo Interpretat. Iur. ciuil. de libertate et seruitutibus  
praediorum. Lips. 1773. 8. §. 830. not. 730. §. 833. et 834. Dni OUERBECKI  
in Meditationen veber verschiedene Rechtsmaterien. Vol. III. Meditat. CLVI.

g) Vnde dispositionem Ordinationis Consistorialis Megapolit. I. supr. cit.  
in praescribendis nominibus ecclesiasticis non tantum bonam fidem, sed et adeo,  
quum alias illa semper praesumatur, vt se debitor defuper praefito iuramento  
ignorantiae purget, requirentis, recte inter singularia iuris patrii, eaque  
vnice in nominibus ecclesiasticis attendenda retulit IO. HENR. SIBRAND, incly-  
tus olim Professor Rostochiensis, in Diff. Duo Decades singularium Iuris Mec-  
lenburgici, Exempl. VI.

h) quod bene monuit SCHAUMBURG ad STRUU. I. c.

i) Contendunt quidem Aduersarii, definitionem bonaे fidei, quod nimi-  
rum sit ignorantia rei alienae, iusto arctiorem esse, et proinde eam definint  
per ignorantiam alteri aduersus me aut in rem a me possessam ius quoddam  
competere, tuncque dispositionem Iuris Canonici etiam ad praestationes mere-

personales, si quis de suo quid debet, meliori euidem iure extendere sibi posse videntur. Verum enim vero, vt taceam Pontificem ipsum in d. cap. malam fidem explicare per conscientiam rei alienae, coque satis innuere, non se alium verbis substruere sensum, quam quem haec tenus in iure legibusque habebant, petunt hi manifesto praeterea id, quod, vti aiunt, est in principio. Dum enim, vti dixi, bonam fidem definiunt: per ignorantiam, alteri aduersus me ius quoddam competere, sine dubio sane hic resipientes ad actiones mere personales, easque per illud suum insertum: *aduersus me scilicet indigentes, intrudunt iam sane, ingeruntque sic suae definitioni aperte, quod neutiquam largior, et vtiique ergo antecedenter probari debebat.* Prohabet nimirum, vlibi bonam fidem uniuerso in iure sic definiri. Ius certe Romanum haec notionem ignorat; *Modestino* quippe in L. 109. D. de V. S. bonam fidem finiente, quod in ea sit is, qui ignorat, rem aliquam esse alienam: *aut putauit, eum qui vendidit, ius vendendi babere; puta procuratorem aut tutorem esse.* Quocum et reliqui iuris textus apprime conueniunt; nec viliu[m] euidem scio Iuris Canonici locum, qui contrarium insinuet, eamue, quam pro tuenda sua opinione aduersarii formant, notionem sustineat. Prouocat quidem celeb. Dn. PUETTMANNUS ad Perill. G. L. BOEHMERI *Princip. Iur. Canon.* Cuilibet tamen hunc locum intuenti facile patebit, pro mea potius sententia, quam ex partibus aduersariorum summum hunc Virum stare, quum ipse in §. 635. laudati operis ex edit. mea quae IV. est, diserte dicat: *Nascitur bona fides tum ex ignorantia rei alienae, quam tanquam suam quis possidet, tum ex ignorantia debiti, quod interpellatus non praefat: vti mala fides descendit tum ex scientia rei alienae, quam quis habet pro sua, tum ex scientia debiti, quod monitus alteri non praefat.* Sola scientia debiti, pergit, quod ab altero intra tempus lege definitum non exigitur, non inducit malam fidem: cum ius alterius, cuius nulla facta est interpellatio, per lapsum temporis lege definiti exstinctum iure praesumatur. Ad id ergo, vt debitor praescribere debito nequeat, talem ill. hic Auctor malam fidem desiderat, quae in praevia creditoris interpellatione fundatur; quo quidem in casu et ego per supra iam dicta, praescriptioni actionum locum haud esse facile largior. Extra hunc casum ipse summus hic Ictus ad Iuris Canonici dispositionem ratione bonae fidei in praescribendis actionibus necessariae frustra adserit prouocari; et solam scien-

scientiam debiti praescripturo minime obesse fatetur. Quo ipso satis clarum est, tantum abesse, vt hunc iustum, nemini facile secundum, in aduersariis habeam, vt luculentissime potius mecum is sentiat. conf. et §. 641. et 642. eiusdem libri. Quibus sic comparatis oppido intelligitur, aduersariorum sententiam, textum Iuris Canonici quippe ad debitorem quantitatis, seu cum, qui de suo quid debet, simul extendentium, tantum, vti puto, a vero abesse, vt in eum casum, quo hic se aduersus creditorem suum per solum temporis lapsum molitur defendere, re penitus inspecta, ne ipsum equidem nomen praescriptionis sat congrue conuenire videatur. In vulgus enim est notum, omnem omnino praescriptionem possessionem eamque rei alienae supponere. Quorum vero quum res utrum in quantitatis debitore, qui quippe de suo debet, adesse intellegitur; sua luce iam radiat, praescriptioni actionum ne congrue quidem satis hoc nomen adipicari; et eximii Icti proinde iam dudum animadverterunt, pro interitu iurium magis per non usum, de quo elegans exflat Dissertatio inclyti olim Icti Marpurgensis AEM. LUDOV. HOMBERGK ZU VACH de praescriptione exsufficiua cum interitu iurium per non usum haud confundenda. Marpurg. 1751. hunc casum habendum esse, quam vt nomen praescriptionis ei conueniat. Quis vero iam sic non videt, multo adhuc longius quantitatis debitorem a textu Iuris Canonici abesse! Nec est vt cum Celeb. PUETTMANNO existemus, Pontificem, etiam si de hoc consultus fuisset, procul dubio tamen idem responsurum fuisse. Sic enim, id quod vtique ambabus amplector, ipse etiam Celeb. Dn. PUETTMANNUS fatetur, de quantitatis debitore dicto in textu sermonem haud esse. Bone Deus iam ergo, quare queaso nihilominus inuita Minerua, et collo, vt ita dicam, obtorto hue rapitur? De eo textum haud loqui est in confessio. Vnde ergo probabitur, textui eum tamen obnoxium esse? Sit generalis dispositio textus. Quius tamen intelligit, quemlibet loquenter pro substrata materia accipi debere. Quae vero quum ibi sit de rei alienae possessori, de eo vnicce quoque generalis enunciatio illa, ratione bonae fidei requirit in praesribente necessarii, accipi debet. Caeterum adeo imbecillem esse vim argumenti ab ill. PUETTMANNO prolati, vt certe prolixa responsione haud egeat, quum plus quam arte diuinatoria opus sit, vt exploretur, numne forsan et contrarium responsurus fuisset Pontifex, per se intelligitur.

§. VI.

---



---

## §. VI.

*Ipsa tempora praescriptionis actionum expenduntur.*

Ipsa vero, quae leges ad praescriptionem actionum requirunt tempora, pro diuersitate actionum mirifice variant. Distinguendum est enim inter actiones *reales* et *personales*. *Illi*s triconta annis praescribi tralatitium est a). *Hae* in actiones *principales* et *adieicitiae qualitatis* abeunt. *Posteriorum* duratio per durationem actionis principalis plerumque b) determinatur. *Priores* vero vel *civiles* vel *praetoriae* sunt. *Illas*, si ex facto licto oriuntur, triconta annis c); sin ex facto illicito descendunt, et *civiliter* ex eo agitur, itidem triconta annis d); sin *criminaliter*, vicennii lapsu exspirare e) cuilibet constat. Quod vero ad actiones *praetoriae* attinet, hae vel rei persecutoriae vel poenales sunt. *Hae* quidem annales f). *Illae* vero, si ad rescissionem negotii tendunt, quadriennium durant g); sin eam haud continent, tricennio ad instar *civilium* extinguntur h). Caeterum de casu nondum coepiti iudicium intelligi velle per se intelligitur. Post litis enim contestationem actiones usque ad quadraginta annos perpetuari, quis est qui nesciat i)?

a) Manifestus enim est error eorum, qui durationem harum actionum ad amissim temporis praescriptioni adquisitiuae praefiniti dimetiuntur, et proinde rei vindicationi mox triennio, mox decennio aut vicennio praescribi statuunt, prout res vel mobilis vel immobilis in obiecto fuerit. Aperte sane hi usucaptionem seu praescriptionem adquisitiuam a praescriptione, de qua loquor, existentia seu modo tollendi *actiones* per lapsum temporis, non distinguunt. Qui enim, concurrentibus iis, quae ad usucaptionem requiruntur, rem possidet, eius rei sit dominus; quo ipso alterius actio, ut hactenus salua, inefficax redditur. Si vero requisita usucaptionis deficiant, domino vindicatio rei sua per triconta annos patet. His autem elapsis propter solum temporis lapsum *a rei* vindicatione excluditur, non tamen ipso iure sed ope exceptionis. Quod docuit

docuit IO. CONR. RUECKER in *Observat. et Interpretat. de naturali et civili computatione temporum in iure*, Lugd. Bat. 1749. 8. Cap. IV. §. 8. cui adstipulatur CAR. FERD. HOMMEL in *Prolus. Cur actiones praetoriae annates finis?* Lips. 1756. pag. 13. not. i. quae etiam exstat in *EIVS Opusculis iuris viui. et in primis elegantioris selectis*, a genero eius Celeb. D. Professore Lipsiensi CAR. GOTTL. ROESSIG iunctim editis P. I. Barueb. 1785. 8. nr. IX. Caeterum a regula, quam de praescriptione actionum realium statutum, excipiuntur: 1) *Querela inofficioi testamenti* ad quinquennium restricta. L. 8. et 10. D. de inoff. testam. L. pen. C. eod. 2) *Actione hypothecaria aduersus ipsum debitorem quadraginta, et aduersus tertium b. f. possessorem decem aut viginti saltem annos durans*. L. 7. §. i. C. de praescr. 30. vel 40. annor. 3) *Vindicatio commissorum, quinquennii utpote cancellis inclusa per L. 2. C. de vectigal.* 4) *Actione ad repetendum praedium desertum, quod alius coluit, intra biennium instituenda*. L. 8. C. de omni agro desert. 5) *Vindicatio rerum pupillarum* itidem per notoria quinquennium durans. L. vlt. C. si mai. fact. alienat, de qua late expositum in *Diss. SCHMIDTIANA de Vindicatione rerum pupillarum omni casu ad quinquennium restricta*. Rost. 1741. 6) *Actione ad repetendum id quod iusu perditum est*, quae quinquaginta annos durat. L. fin. C. de aleator. et certe in eo casu nulla alia est, quam ipsa rei vindicatio, si id quod perditum apud vincentem adhuc reuera existit. Commenticia quippe est specialis illa, quam singunt, *Condictio ex iusu*, et in c. L. fin. unde eam exculpunt, nullo modo fundata, ceu id ante me docnit Ill. Dn. AD. DIETER. WEBER in doctissima *Commentat. de usuris indebite solutis* etc. *Suerin. Buetzov. et Wismar* 1783. 8. §. XV. p. 70. 7<sup>o</sup>.

b) Excipitur ab hac regula tamen *Actione de peculio*, quae quippe quandoque annualis est tantum. vid. tot. tit. D. *Quando de peculio actione annualis est?*

c) L. 3. C. de praescr. 30. vel 40. annor. Excipe tamen *Actiones personales ecclesie et religiosis locis competentes*, quas quadraginta annos durare nemo est qui ignoret. Nou. 131 c. 6. Autb. *Quas actiones C. de SS. Eccles.*

d) c. L. 3.

e) L. 12. C. ad L. Cornel. de fals. Exceptionem tamen faciunt 1) *delicta carnis*, quibus quinquennio iamiam praescribitur. L. 29. §. 6. D. ad L. Iul.

*de adult.* L. 28. C. eod. excepto *stupro violento*, quod vicennio demum extinguitur. L. 29. §. 9. D. ad L. Iul. de Adult. nec non *crimine raptus*, quod etiam post lapsum vicennii tollitur. L. 5. §. 2. D. ad L. Iul. de vi publ. I. H. BOEHMER *Introd. in Ius Dig. Lib. XLVIII. Tit. VI. §. 13.* eiusque filius I. S. F. BOEHMER *Element. Ipd. crim. S. II. C. XI. §. 143.* De *incestu* Doctores admodum variant. vid. Ill. EICHMANN ad RAUJUM §. CLXIII. p. 371. *seqq.* et Generos. IO. CHRIST. Nob. Dom. de QUISTORP *Gruudsaerze des teutschēn peint. Rechts.* Edit. IV. Rost. 1789. 8. P. II. §. 867. aliis quippe vicennio, alius quinquennio ei praescribi existimantibus. Posteriorum sententiae accedo, si de *incestu simplici* sermo est, quum, si cum adulterio coniunctus sit, vicennium ad eius praecriptionem requiratur. L. 39. §. 5. D. ad L. Iul. de adulter. Quod etiam placet I. S. F. BOEHMERO I. c. S. I. C. XX. §. 342. uor. 2. et ad CARPOV. Q. 74. Obf. 4. Magnifico Academiae Gieffensis Cancellario et Antecessori IO. CHRIST. KOCHIO in *Infl. Iur. crim.* §. 338. nec non b. Dn. IO. LUDOV. SCHMID. in *Oeffentl. Rechtespruechen Ien.* 1777. 4. *Abschnitt VI. n. 128. p. 854. seqq.* 2) *Crimen peculatorum*, quod post quinquennii lapsum inquisitionem excludit. L. 7. D. ad L. Iul. *peculator*. aduersus heredem autem, vii et *crimen de residuis*, intra annum exercetur. I. H. BOEHMER I. c. Lib. XLVIII. Tit. XIII. §. 7. ibique c. L. 2. D. ad L. Iul. *repetund*. quacum iungas L. 14. D. ad L. Iul. *peculator*.

f) L. 2. §. 13. D. de vi *bonor. rapt.* L. I. pr. D. de *calumniator.* L. 5. C. de *iniur.* Ab hac regula tamen recedit: 1) *Actio furti manifesti*, quae est perpetua; pr. *Infl. de perp. et temp. art.* 2) *Actio depositi miserabilis*, quae itidem perpetua per L. 18. D. *deposit. vel contr.* 3) *Actio de seru. corrupto.* L. 13. D. *de seru. corrupt.* et 4) *Actio de effusis et deiectionis* per L. 5. §. 5. D. *de his qui effus. vel deiecer.* quippe quae omnes triginta annis finiuntur.

g) Scilicet ratione *iudicij resciudentis*. Nam *iudicium rescoviuum* pro diuersitate actionis, quae restituta iam est, varium esse potest ratione termini ad quem. conf. celeb. ICUS CHR. FRIED. GLUECK in doctrinosa Diss. de *vita perpendae restitutionis in integrum praetoriae*, secundum doctrinam Romanorum praecipue quadriennali, hodie vero perpetua, ad L. vlt. C. de temp. int. rest. Hat. 1776. quae exstat in EIVS Opus. academ. Fafc. II. et III. Intitutu

tuitu ipsius tamen iudicij rescidentis exceptionem a regula faciunt 1) *Actio Pauliana* L. 6. §. fin. L. 10. §. 18. D. quae in fraud. credit. Neque enim et annus eius, ut ille scilicet, in quadriennium potest mutatus dici, recte id animaduertente GOD. LUDOV. MENCKEN in Diss. de *Actione Pauliana*. Lips. 1749. §. vlt. inter EIVS Opuscul. academ. nr. X. et Celeb. ALE. PHIL. FRICK in *Libello singulari de reuocandis tam rebus alienatis, quam nummis futuris, imminentibus aut moto concursus iudicio*, Helmstad. 1777. 4. §. 15. not. 1. 2) *Actio dol.* quae biennalis est saltem. 3) *Actio quod metus causa*, quatenus illa nempe ad solam damni restitutionem in simulo vult intentari, triginta annorum lapsu demum expirans. 4) *Actio redibitoria* intra sex menses instituenda L. 19. §. fin. L. 55. D. de *Aedil.* Edict.

h) L. 35. D. de *Obl.* et *Aet.* Excepta *actione quanti minoris annum* utilem a die scientiae computandum durante. L. 19. §. fin. D. L. 2. C. de *Aedil.* Edict.

i) L. fin. C. de *praescr.* 30. vel 40. annor. L. I. §. I. C. de *annat.* except. SELECT. IURID. ROSTOCH. Fase. III. Sp. XIX. Qu. 4. I. H. BOEHMER *Introd. in Ius Dig.* L. V. Tit. I. §. 10. nr. 5. it. Lib. XLI. Tit. III. §. 17. in fin. Excepta tamen *actione dolii* secundum L. fin. C. de *dol. mal.* intra biennium finienda. De *reatibus* quidem plerique dubitant, sed sine solidâ ratione, immo contra clara legum alleg. verba. vid. b. ERN. CHRIST. WESTPHAL *Veber die Arten der Sachen*. §. 835.

## §. VII.

### *Transitus ad actionem pignoraticiam eiusque praescriptionem.*

Praemissis hisce, ad actionem pignoraticiam eiusque praescriptionem iam transeamus. Superuacaneum fore existimo, multis de actione pignoratica ipsa disputare, quum partim haec nemini Lectorum incognita sint, partim a scopo meo nimis aliena. Sufficiat ergo hic tantum

memorasse, actionem pignoraticiam propriæ ita dictam a), eamque dictam esse actionem personalem ex contractu pignoris descendenter b), quae datur debitori eiusque heredi c), debito soluto d), vel nomine satisfacto e), contra creditorem eiusque heredes f), ut pignus cum omni causa restituatur, damnumque dolo, culpa lata et leui g) datum refaciatur. Quumque debitum vel ipso iure, vel ope exceptionis solui possit, pignus vero, quomodo cunque liberatio facta sit h), dummodo quoad vitramque obligationem, certe qua naturalem, illa contingit i), quum alias sane *cum effectu* non detur, pro extincto habendum sit, sequitur: debitorum, debito principali sive ipso iure sive ope exceptionis extincto, actionem pignoraticiam instituere posse.

a) Impropiæ enim aliquando etiam actionem hypothecariam seu quasi Serianam hoc nomine venire, notissimum est; v. c. in decantatissima illa L. 4<sup>o</sup>. D. de pignor. act. iunct. L. 22. D. de pignor. et hypoth. ad quas vide Celeb. Dn. CHRIST. GOTTL. GMELIN in Commentat. de tute pignoris quod creditor debitor in re sibi uon propria constituit. Vlm. 1778. 8. §. LVIII. seqq. add. L. 19. D. de except. rei ind. L. 9. pr. D. quib. mod. pign. vel hyp. solu. L. 3. §. 3. D. ad exhibend. L. 13. D. de condit. indeb. et L. 5. C. si alien. res pignor.

b) Quo ipso tamen haud nego, locum aliquando posse huic actioni esse, et si per contractum pignus constitutum haud fuerit. Sic enim v. c. et ad pignus iudiciale, tam praetorium quam stricte sic dictum, repetendum a creditore, vtiliter certe, haec actio applicatur. vid. I. H. BOEHMER ad Dig. Lib. XIII. Tit. VII. §. 2. lit. a. ibique cit. L. 26. D. de pignor. act. conf. et L. 9. pr. D. de R. A. I. P. immo et ad hypothecam, cuius possessionem creditor per hypothecariam nactus est, ab hoc repetendam, institui posse docet L. 11. §. 5. D. de pign. act.

○ vel in genere ei, qui pignus dedit, sive pro sua, sive pro aliena obligatione. L. 13. §. 11. D. locat. conduct. L. 32. §. 1. D. ad SCr. Vellei. IO. VOET Commentar. ad Pand. Colon. Allobrog. 1769. Tom. I. et II. fol. Lib.

*Lib. XIII. Tit. VII. §. 2.* siue dederit ipse, siue debitor ex ipsius consensu; hic siue antecedens siue subsequens, siue expressus siue tacitus fuerit, plane nil interest. *L. 16. §. 1. L. 26. §. 1. D. de pignor. et hypoth. pr. Inst. quib. alien. lic. L. 2. C. si al. res pignor. L. 40. §. 2. D. de pignor. act.* Non tamen requiritur ad instituendam actionem pignoraticiam, vt debitor fuerit dominus pignoris, quem etiam is, qui rem alienam pignori dedit, soluta pecunia possit pignoraticia experiri *L. 9. §. 4. D. de pignor. act.* immo etiam praedo. *L. 22. §. 2. D. eod.* non vero tertio, qui pro debitore soluit, haec actio competit, quippe quae hoc in casu non luenti sed debitori adquiritur per *L. 40. D. de solut. et liberat.* nisi ab hoc sibi eam cedi curauerit. Quamquam enim in hypotheca aliquando cuenire id constet, vt creditori solvens prorsus succedat eius in locum, ceu in iure offerendi conspicuum est, non tamen id ibi indistincte procedit, sed ratione solius creditoris hypothecarii posterioris, non et intuitu tertii, cui multo minus iam ergo qua pignus stricte sic dictum ad effectum actionis pignoraticiae talis successio in locum *debitoris* contra leges est indulgenda. conf. GUST. BERN. BECMANN Diss. de *successione creditoris in alterius et suum ipsum locum.* Goett. 1781. HERM. HENR. ENGELBRECHT *Observ. sel. forens. Spec. II. Obs. LVI.* CARPZOV. P. I. Conf. XXVIII. Def. 133. seqq. MEVIUS P. IV. Dec. 214. et P. V. Dec. 353. AUG. de BALTHASAR de *Classificar. Creditor.* Edit. II. Grypbrisw. 1767. 4. pag. 39. Auunculus pie colendus HERM. BECKER in Diss. de *Cessione legali eamque in concursu creditorum probandi ratione.* Buetzov. 1765. b. Dn. ERN. CHRIST. WESTPHAL in praeccloro libro *Versuch einer systematischen Erlaeuterung der saemtlichen Roemischen Gesetze vom Pfandrechte.* Lips. 1770. 8. §. 172. seqq. III. CHRIST. GOTTL. GMELIN *Ordnung der Glaebiger Edit.* IV. Vlm. 1793. Cap. IV. §. 32. p. 330. seqq. tot. tit. C. de his qui in prior. credit. loc. L. 2. D. de cess. honor. L. 24. §. 3. D. de R. A. I. P.

d) Quo ipso perspicitur, me in tota Commentatione vniice eum respicere casum, si finita obligatione principali actio instituitur pignoratica. Alioquin enim et casus incidere possunt, ybi et nondum finita obligatione principali, seu pecunia nondum soluta, actione tamen pignoratica agi iam potest, v. c. si creditor quasi datus pecuniam pignus acceperit nec eam dederit. *L. n. §. 2. D. de pignor. act. tot. tit. C. si pignor. conuenient. numerat. pecun. sequunt.*

non fuerit, vel si creditor re oppignorata abutatur. L. 24. §. 3. D. de pignor. act. WERNHER Obscr. sel. for. P. II. Obscr. 367. HERM. HENR. ENGELBRECT Obscr. sel. for. Sp. III. Obscr. 93.

c) L. 5. §. 3. D. de pign. act. L. 6. pr. D. quib. mod. pign. vel hyp. solv. L. 12. C. de compensat.

f) non vero contra tertium possessorem. L. 13. pr. D. de pign. act. L. 65. D. de R. V. L. 5. C. si vend. pign. ag. quod post alios nouissime et quidem solide aduersus LEYSERUM Sp. CLV. Med. 5. STRYCKIUM in *Cautel. Contract. S. II. C. IV. §. 42.* MEVIUM P. V. Dec. 343. BRUNNEMANNUM ad L. 2. C. si pign. pignor. det. aliosque dissidentes probatum dedit Consult. Dn. DAVID. GUIL. WARNEKROS; Academiae Gryphiswaldensis Syndicus meritissimus in Diff. inaug. *An actione pignoraticia directa contra tertium possessorem institui queat?* sub praefidio CHRIST. NICOL. SCHLICHTKRULLII Prof. Gryphisw. nuper defuncti. Ao. 1777. defensa, vid. etiam Consult. DDn. Fratres OUERBECK in *Meditatt. Tom. II. Meditat. LXV.* nec non b. Dn. WESTPHAL in libr. *Vom Pfandrecht* §. 258. Contrarium quidem nostris temporibus defendere conatur est, Vir cuius de tota Iurisprudentia merita nunquam satis laudari possunt, Ill. Dn. PUETTMANNUS in *Aduersariis Iur. vniu.* quorum tres iam prodierunt Libri *Lipz.* 1775 — 1788. 8. Libr. II. Cap. III, quod inscriptum est: *De actione pignoraticia contra tertium pignoris possessorem haud deneganda pag. 50 — 57.* ad plura Iuris Romani et Canonici loca protocans. Verum leges laudatas de actione quidem contra tertium pignoris possessorem loqui, sed qualis ea sit, nullibi definiri, adeoque eas de illa actione, quae principiis iuris et speciei in legibus propositae optime conuenit, et sic vel de rei vindicatione vel alia quacunque actione explicandas esse, iam dudum a peritosribus animaduersum est. Quare sententiae de actione pignoraticia directa contra tertium haud admittenda eo libenter subscribo, quo magis regulae: actiones personales contra tertium haud dari, consentanea est; adeoque probatione mea, sententia dicta minime indiget; quippe quae ab aduersariis, exceptionem ab hac regula statuentibus, suscipi debet. Interim debitorem pignoraticum vel actione a creditore, qui forte suboppignorauit, fibi cessa, aut vili contra tertium pignoris possessorem experiri posse, libens libensque concedo.

g) L.

g) L. 13. §. I. D. de pign. act. Mirum in modum turbavit haec lex Interpretes. GERH. NOODT enim in *Probabil. Iur. Lib. I. Cap. IV.* et ante eum iam IO. NIELLIUS in *Controvers. Iur. feudal. XI. Disp. enucleatis*, Marburg. 1594. et Lips. 1692. 4. edit. *Disp. III. §. vlt. legem cit. corruptam existimat, et pro vt legi malunt at.* Sed salua essi legis verba docuit DIET. GODOFR. LAMPRECHT in *Commentar. inaug. ad Legem XIII. D. de pign. act. Goetting.* 1750. qui sola interpunctionis mutatione adhibita legem explicuit. Verum et hac interpunctionis mutatione opus non est, si accedas interpretationi b. Dn. GEO. SAM. MADHN Prof. olim Celeb. primum apud Halenses, deinde apud Viadrinos, in Progr.: *Creditorem in pignore non semper media diligentia liberari ad L. cit. Hal.* 1764. inserto *IPSIVS Exercitationibus academicis, quae Hal.* 1777. 4. prodierunt nr. XII. fratrisque eius Viri Ill. LUDOV. GODOFR. MADHN in *Princip. Iur. Rom. Tom. I. §. CCVIII. not. e.* vt et iam ante in annotat. ad GOD. LUDOV. MENCKEN *Introduct. in doctrin. de actionibus.* Hal. 1780. 8. a se edit. not. 532. pag. 132. quippe qui omnes legem ita interpretantur: *Venit autem in hac actione et dolus et culpa ut in Commodo.* (scil. irregulari, quod in vtriusque gratiam et utilitatem contrahitur.) *Venit et custodia* (scil. culpa leuissima, scil. eo in casu, si pignus in solius creditoris commodum constitutum est.) *Vis maior non venit.* Interim laudatam legem et explicari sic posse, vt interpretatio Lamprechtiana et Madhniana fere iungantur, ego equidem sentio, hancque explicationem humissimo L. B. iudicio submitto. Comparisonem enim actionem pignoraticiam inter et actionem commodati hac lege contineri, vel leuiter hunc locum insipienti apparebit. Ponit itaque *VLPIANVS*, quod et neminem fugere potest: actionem pignoraticiam cum actione commodati hoc respectu conuenire; et quidem non solum quoad praestationem doli et culpare tam latae quam leuis; sed et intuitu culpare leuissimae (i. e. custodiae) praestandae actionem pignoraticiam diuersam non esse ab actione commodati, eo scilicet in casu, si pignus in solius creditoris seu accipientis gratiam et utilitatem, perinde ut in commodato plerumque id fieri solet, a debitore datum sit. Casum vero, addit, nec in pignore nec in commodato praestari. Legerem itaque notissimum illum locum ita: *Venit autem in hac actione et dolus et culpa.* *Vt in Commodo, venit et custodia.* (i. e. sicuti in Commodo scil. regulari culpa praestatur leuissima,

ita

ita et in pignore evenit idem, si scilicet perinde ut ibi solius in accipientis vtitatem hoc creditori concessum est.) *Vis maior non venit i. e. Casus nunquam praefatur.*

h) Debito ipso iure sublatu pignus etiam extingui per se clarum est. vid. L. 12. C. de compensat. L. 11. §. 2. D. de pign. act. L. 11. §. I. D. cod. L. 18. D. de nouat. et delegat. L. vn. C. etiam ob chirogr. pecun. Sed et obligatione ope exceptionis sublata perimi pignus<sup>aeque</sup> dubius caret, quod patet v. c. ex L. 5. §. 3. L. 13. D. quib. mod. pign. vel hyp. solu. L. 17. §. 2. D. de paſt. L. 5. pr. et §. I. D. quib. mod. pign. vel hyp. solu. dummodo, vti supra in textu iam dixi, vtraque, certe naturalis obligatio fit quoque sublata. Quousque enim haec salua, cum effectu haud sane pignoraticia dabitur, quum affatim constet, eam etiam solam adhuc pignus admittere. vid. L. 5. §. I. D. de pignor. et hyp. I. H. BOEHMER I. c. Lib. XLIV. Tit. VII. §. 4. nr. 3.

i) JOSEPH AUERANUS in *Interpretationibus Iuris*. Lugd. 1751. 4. L. I. Cap. XI. nr. 9.

### §. VIII.

*Recensentur variae Ictorum circa praescriptionem huius actionis sententiae; et reselluntur in specie illi, qui ei nunquam praescribi existimant.*

Quod iam attinet quaestionem in rubro Commentationis proposi-  
tam: *An et quando actioni huic praescriptum dici possit?* de ea mirus  
inter Ictos dissensus est; dum alii a) eam praescriptioni omnino ob-  
noxiam esse contendunt, alii b) eam praescriptioni prorsus eximere  
annituntur. Huic tamen posteriori sententiae a Ictis maximi nominis licet  
defensae ut accedam, haec tenus a me impetrare non potui. Interim pro-  
stabilitienda sententia sua varia solent argumenta proferre. Alii c) enim  
praescriptionem actionis pignoraticiae eo potissimum ex fundamento  
reiiciunt, quod creditor pignoraticius titulum possessionis sibiunet ipsi

Muta-

mutare nequeat, sed semper tanquam creditor possideat, adeoque ipse eiusque heredes, dummodo de oppignoratione constet, nulla praescriptione dominium adquirere possint. Verum ab his praescriptionem adquisitiam cum extinctiu actionis confundi manifestum est, nec illi vñquam in mentem venisse puto, creditori dominium etiam post longissimum tempus tribuere velle, quum omnia requisita ad praescriptionem adquisitiam necessaria, imprimis habilitas tituli, tali in creditore omnino deficiant. Quo ipso commoti, *alii d)* in eo collocant opinionis praesidium, quod Ius luendi, vti eidem putant, ad res merae facultatis pertineat, ideoque nec ex contractu descendat, sed magis natura cuius pateat, licet luens nullo ex contractu obligatus sit creditori; quum non solum debitor, sed et adeo tertius pro debitore vel iubente, vel adeo ignorantie et inuitu soluere, adeoque et pignus luere possit. Vnde ergo iam sibi pronoalueo posse videntur concludere, quum res merae facultatis nulli praescriptioni obnoxiae sint, nec vñquam huic iuri luendi, actionique ad pignus recuperandum tendenti, pignoraticiae scilicet, posse praescribi. Verum enim vero et huic argumento parum roboris inesse, statim adparebit, dummodo paucis naturam rerum, quae merae facultatis sub nomine usurpari fuerunt, considerauerim. Diu tamen Lectorem non morabor, varias variorum de rebus merae facultatis definitiones recensendo *e)*, sed sufficiat mihi eam adducere, quae mea ex sententia reliquis praeferriri meretur. *Res merae facultatis* mihi nempe sunt *iura indifferentia et in libero alicuius arbitrio posita, sic ut exerceri vel non exerceri possint, citra periculum, ne per nou usum pereant, aut alter in possessione iuris contrarii constituatur.* Hoc posito, omnes qui in iure nostro vel aliquantulum versati sunt, et quibus sanum est sinciput, rogo, dicant, an Ius luendi rebus merae facultatis vlo modo et iure vñquam possit adnumerari? Est enim Ius luendi ex parte debitoris *obligatorium*; quum ad luentium seu soluendum *f)* debitor obligatus sit. Hoc ius creditor in iudi-

cium deducere et debitorem, ut soluat seu pignus luat, *cogere* potest; condicendo v. c. mutuum, in cuius securitatem pignus datum erat; quod tamen notioni rerum merae facultatis, quam modo apposui, aperte repugnat, et cum libero circa illas arbitrio vlla vñquam ratione conciliari nequit. Quum itaque hic obligatio et ius cogendi ad sint; ius luendi ad iura libera et indifferentia referri, adeoque rebus merae facultatis accen-  
seri non posse, per se intelligitur. Nec video, quomodo ius luendi inter  
res merae facultatis eam ob caussam referri possit, quia tertius pro debito-  
re soluere seu pignus luere potest g). Qui enim hoc statuunt, ius  
perfectum a iure imperfecto non satis discernere mihi videntur. Ex parte  
quidem tertii lutionem seu solutionem rem merae facultatis esse, facilius  
darem; minime autem ex parte debitoris, qui ad soluendum vi contractus  
principalis obligatus est. Et certe in immensum crescerent res merae  
facultatis, numerusque earum, si omnia, quae in nostra obligatione  
sunt, quaeque ab aliis pro nobis praestari possunt, ad illas statim referre  
velles. Eodem enim iure et solutio mutui, cuius tamen intuitu Con-  
dictio certi ex mutuo per notoria datur, in censum harum rerum, quae  
merae facultatis dicuntur, venire itidem posset, quum etiam hoc possit  
a tertio solvi et loco debitoris creditor i restitu h); quod nemo tamen  
forsitan hucusque contendet. Sit denique luitio pignoris a tertio facta res  
merae facultatis; nil tamen hoc ad eam, de qua vnicce loquor, repetitio-  
nem pignoris per pignoraticiam actionem valere, aut inscribi inde poterit,  
ipam proinde actionem hanc etiam pro re merae facultatis haberi debere:  
quum saepius dixerim, tertio ne quidem hoc casu competere, aut per  
lutionem ab ipso factam adquiriri ius pignus repetendi per dictam actionem.  
Duo sane diuersa sunt *luere* pignus et illud *repetere*; nec ab illo ad  
hoc consequentia valet. Illud equidem peragi et a tertio potest, non  
tamen et *hoc*; sed repetitio vnicce datur oppignoranti eiusque heredibus.  
Iam autem quum de hac demum hic sit quaestio; ego sane non video,

quis

quis consequentiae nexus sit inter *litionem*, quam a tertio peragi posse largior, et id quod inde deducunt, *repetitionem*, quam ipsi tunc tamen plane non competere monui, ipsam ergo etiam, vii quidem lition, pro *re merae facultatis* habendam esse i). Quum itaque ex dictis luculenter adpareat, litionem pignoris, quatenus ut a *debitore* peragenda cogitatur, ad res merae facultatis minime pertinere; sponte inde iam sequitur, multo adhuc minus repetitionem eius per pignoraticiam actionem rebus his accen-feri et inpraescriptibilem esse posse; maxime quum repetitio et ipsa pro-inde actio pignoraticia ex contractu veniat k), iura vero ex contractibus descendentia aequa expeditum sit, nunquam res ita dictas merae facultatis constituere l); ac cuiilibet notum sit, temporis lapsu ea vtique interire et praescriptioni proinde obnoxia esse.

a) REINH. BACHOVIVS de *Pignoribus et Hypothecis Fr. 1627. 4. Lib. V. Cap. XX.* IDEM in *Notis et Animaduersionib. ad HIERONYM. TREUTLER. Heidelb. 1617 — 1619. 4. Vol. II. P. I. Disp. I. Thes. X. lit. H. ANTON. NEGUSANTIU S de Pignoribus. P. VI. Membr. II. nr. 19.* ARNOLD VINNIUS in *Select. Iur. Quaest. Lugd. Bat. 1653. 8.* et cum aliis eius tractat. Rotterod. 1664. 4. edit. deinde *EIVS Commentario ad Institutt. Lugd. 1755. 4. editio adiecit. Lib. II. Cap. VI. SAM. de COCCEII in Iure Controvers. Lib. XIII. Tit. VII. Qu. 19.* IDEM in *Diss. de rebus merae facultatis §. IX. segg.* IO. ORTW. WESTENBERG *Princip. Iuris secundum Ordinem Digestorum*, in *Tom. II. Operum a IO. HENR. IUNGIO Haunov. et Luneb. 1746. 4. edit. Lib. XIII. Tit. VII. §. 36. b. Dn. WESTPHAL Vom Pfandrecht §. 259.* quamquam et hi, intuitu termini, a quo praescriptio actionis pignoraticiae incipiat, diuersimode sentiant, eeu mox adparebit.

b) DAVID. MEVIUS in *Commentar. ad Ius Lubec. Lib. III. Tit. I. Art. IV. nr. 3.* HIERONYM. TREUTLER. *Select. Disputatt. ad Ius civil. Iustinian. Marpurg. 1606. 4. Vol. II. Disp. I. Thes. X. lit. H. 10. IAC. WISSENBACH Exercitatt. ad L. Libros Pandectarum. Vol. I. II. Franck. 1661. 4. Vol. I. Disp. XL. 10. VOET Commentar. ad Pand. Lib. XIII. Tit.*

VII. §. 7. PETR. de TOULLIEU Diff. de iustione pignoris et rebus merae facultatis; in EIVS Collectan a IO. WOLBERS. Groningen. 1737. 4. editis ur. III. Io. GODOFR. SCHAUMBURG Compend. Iur. Dig. Lib. XIII. Tit. VII. §. II. I. H. BOEHMER Introd. in Ius Dig. Lib. XIII. Tit. VII. §. II. EIVSD. Consultatt. et Decis. Hal. 1733 — 1754. fol. Tom. III. P. II. Dic. 264.

HERM. HENR. ENGELBRECHT Selectiores Consultatt. Collegii Istor. Academiae Gryphianae. Sund. et Gryph. 1741 fol. Resp. XI. nr. 34. AUG. a LEYSER Sp. CLV. M. 9. IO. CHRISTIAN. CLAPROTH Diff. de rebus merae facultatis. Goett. 1745. recens. 1753. §. XI. FRIED. ESAI. a PUFENDORF Observ. Iur. vniu. Tom. II. Obs. XCII. Tom. III. Obs. CLX. IAC. RAUII Princip. de praescript. saepius iam alleg. §. CXXXVI. seqq. b. Dn. IO. LUDOV. SCHMID lib. cit. Perill. IO. HENR. CHRIST. ERXLEBEN Principia de Iure pignorum et hypothecarum. Goett. 1779. 8. §. 294. Dn. Fratres OERBECK Opere saepius laudato Tom. II. Obs. XCI. Celeb. CAR. FRIED. WALCHII Introduc. cit. S. III. C. IV. M. n. Subf. III. §. VI. et S. IV. C. I. §. XXVI. L. B. de CRAMER in Wetzlars. Nebenstunden P. CXI. nr. 1. et P. CXII. nr. 1. pluresque Icti ibi et apud Dn. SCHMID l. c. Opusc. II. §. 72. allegati.

c) v. c. a LEYSER, CLAPROTH, SCHMID, l. c.

d) v. gr. a PUFENDORF, ERXLEBEN, de TOULLIEU l. c. quibus tamen quoad Ius luendi contradicit a LEYSER l. c. it. Sp. CCCCLXII. M. 16. 17.

e) Magnam earum copiam inuenies apud CLAPROTHIUM in cit. Diff. §. XIV. nor. I. Caeterum in iis recte finiendis operam collocaerunt IO. MICHAEL GRIEBNER in Diff. de Iure suffragandi usu intermissio non percunne §. 20. in EIVS Opusc. Tom. IV. Sect. IV. p. 148. AUG. a LEYSER l. c. IO. GEO. ESTOR Diff. de abusi rerum merae facultatis §. 21. GEO. AD. STRUEWE Diff. de rebus merae facultatis. SAM. de COCCEII in Iur. Coniuruerf. Lib. XLII. Tit. III. Qu. 13. CAR. FERD. HOMMEL Rhapsod. Quaest. Vol. I. Obs. XXXIII. et alii, quorum quilibet tamen, pro suo quisque ingenio, eas aliter definituit.

f) Luere enim nihil aliud est, quam rem oppigneratum liberare eo a nexu, quo creditori hactenus obstricta erat. L. 6. pr. et §. I. D. quib. mod. pign. vel hyp. solu. L. 7. §. 12. D. Comm. diuid. L. 25. D. de pign. act. L. 25.

L. 25. §. 1. D. de act. emt. et vend. L. 57. D. de legat. I. L. 38. §. 2. D. de legat. III. L. 78. §. 6. D. ad SCr. Trebell. L. 6. C. de fideicommissu. Quod vero quum potissimum per solutionem sit, proinde et luitio idem fere est ac *solutio* et cum ea coincidit. Ius ergo luendi, quod ex parte debitoris obligatorium esse in textu adserui, non ex contractu pignoraticio, sed, quod probe notandum, ex negotio *principali*, perinde ut ius creditoris, exigendi, ut debitor huius descendit; vnicque in eo fundamentum agnoscit. Hoc sane plurimi praeternudis videtur, et in eo proinde latet causa et ratio totius dissensus.

g) Quo quidem argumento usum et VOETIUM I. c. esse, merito miror.

h) L. 39. L. 45. D. de Negot. ges.

i) PETR. de TOULLIEU I. c. §. 5.

k) Diserte enim leges exprimunt, ex contractu pignoraticio oriri actionem pignoraticiam. §. 4. I. quib. mod. re contrab. oblig. L. 1. §. 6. D. de Oblig. et act. quod et ab illis, qui cacteroquin dissentunt, et actioni pignoraticiae non praescribi existimant, tamen defenditur, v. c. a. VOETIO I. c. §. 7. p. m. 549. col. I. in fin. vbi rectissime scribit: *tertium, pro debitore soluentem ac pignus tuerentem, nec ideo actionem pignoraticiam habere aut mouere posse, ex contractu quippe naturam, qui per extraneos pro debitore soluentes celebratus non est.* Vnde accedere nequo perspicacissimo Dn. a PUFENDORF, qui, quamquam cum VOETIO consentiat, tamen I. c. Tom. II. Obs. XCII, contendit: *debitorem ius, soluto debito restitucionem rei oppignoratae a creditore petendi, minime ex contractu accepisse, sed facultatem rem obtato debito vindicandi ex natura dominii reseruatis ei potius ab initio remansisse, ideoque et pignoris reparationem in rebus merae facultatis habendam, nec praescriptioni posse obnoxiam esse.* At enim vero, quamvis lubens concedam, pignus etiam rei vindicatione a creditore pignoratio repeti posse: tamen non video, cui bono? et quodnam commodum inde in debitorum redundantibus? quum actio pignoraticia remedium sit viisque magis proficuum, quam rei vindicatio; quae quippe probationem dominii saepe sat arduam luculententer requirit; vnde debitor certe sibi male consulet, qui rei vindicatione contra creditorem experiri mallet, quum pignoraticiam tamen pinguiorem haberet. Immo et casus incidere possunt, vbi debi-

tor pignus per rei vindicationem minime repeteret potest, si nempe res v. c. aliena pignori-data est, quae tamen actione pignoraticia, vt supra iam dixi, recte repetitur. *L. 9. §. 4. D. de pign. act.* Et si forte oblicere velles, debitorem, vt dominii probatione supersedeat, Publiciana in rem actione contra creditorem pignoraticum utilius experiri posse, responsio tamen in promtu est, quod nempe actio pignoraticia pinguior sit et hac actione, quam nempe et prædo, qui nec in bona est fide, nec iustum edere potest possessionis sua titulum, pignoraticia nihilominus agere possit. *L. 22. §. 4. D. eod.* cui illa tamen, Publiciana scilicet actio, vtique denegatur. Et sane ex sententia Dn. a PUFENDORF res nostræ apud alterum depositæ, vel alteri commodatae aut locatae, non actionibus, quae ex hisce contractibus descendunt, sed sola rei vindicatione repetenda forent, quod tamen, quantum scio, nemini sese hucusque probauit. In genere non video, quid totum sibi velit hoc argumentum PUFENDORFI. Nam aut omnem omnino existentiam actionis pignoraticiae prorsus negat et dissimulat; quo quidem in easu integer ipsi *titulus Dig. de pignoraticia actione* obstaret: aut sane non intelligitur, quare non ea videntur sit debitori, vt pignus recuperet, et cur potius rei vindicatio præ illa sit eligenda; maxime quam et haec aequem minus, ac pignoraticia, res merae facultatis dicatur, sed perinde, vt illa, tuncennio expireret, et praescritiō eidem obnoxia sit; vt ergo plane non liqueat, quid defensæ ab ipso sententiae, repetitioni scilicet pignoris nunquam praescribi, nouum inde robur et pondus acceſſerit. Quamcumque enim, repeto, actionem elegeris, sane neutro in easu neque rem merae facultatis habebis, neque ob id ipsum praescritiōnem effugies. vid. *Supr. iam dicta ad §. VI.* Ex contractu pignoris interim pignoraticiam actionem omnino descendere, vel ipsi iam quoque Dupondii sciunt, vt facile ergo probatione hac in re vltiore supersedeant.

1) vid. Exc. Dn. IO. BERN. CHRIST. EICHMANN in *not. ad RAVIUM I. c. p. 19.* Scio equidem dari, qui contrarium perhibent, et inter hos quoque numero Consult. Dn. WASMUTH in doctissima *Diss. de priuilegiorum natura generatim, et in specie de modis quibus finiuntur vel amittuntur.* Goetting. 1787. Cap. II. §. XXV. Pro virili his tamen dudum iam satisfecit, quem honoris cauſa nomino, Perill. Dn. HERMANNUS BECKER in *Commentat. Rechtliche Gedanken ueber eine Seelte des Schaumburg vom parte de retrouen.*

*retrouendendo indefinite inito.* Gryphisw. 1787. §. 5. conf. AUG. FRIED.  
SCHOTT Diss. de praescriptione iuris bona sub pacto de retrouendendo alienata  
relinquendi. Lips. 1767. in EIVS Opus. Lips. 1770. 8. edit. nr. X.

### §. IX.

*Actioni pignoraticiae utique sed soluto debito demum  
praescribitur.*

Certum itaque est, actionem pignoraticiam praescriptioni omnino obnoxiam esse, et quidem quum sit actio personalis ex contractu descendens, intra triginta annos id fieri, neminem scio, qui vltius dubitet. Ratione termini tamen, a quo tricennium hocce incipiat currere? de eo equidem nouae inter ICtos lites mouentur, nouaque dissidia; *aliis a)* quippe illud a tempore initi contractus pignoraticii; *aliis b)* vero demum a tempore soluti debiti computandum existimantibus. Posteriorum sententia meo quidem iudicio legibus magis conformis, adeoque et verior esse videtur. Diserte enim leges disponuere: *actionem pignoraticiam non nasci, nisi omnis pecunia soluta, aut eo nomine satisfactum sit c).* Ex consueto iam quidem more loqueudi actionem solemus *natam* tunc dicere, simulacrum obligationis dies vel vnicce tantum *cessit*, seu actio vel ius agendi in *actu* vel faltem *primo*, ceu loqui amant, existere coepit. Re tamen curatus inspecta statim patet, in lege modo laudata verba adducta hoc sane in sensu minime accipi. Negari enim non potest, creditorem pignoraticum intuitu restitutio pignoris aliquando peragendae statim a tempore *contractus debere incipere*, ideoque ab inde iam quoque *hoc* scilicet sensu actionem pignoraticiam pro nata habendam esse. Quum hacce in lege autem haec natuitas demum diserte in tempus *solutionis* conferatur; vel inde perspicitur, *impropriè* magis hanc vocem hic usurpari, et denotare nū aliud, quam diem actionis non ante *venire*,

quam

quam pecunia soluta aut eo nomine satisfactum sit; pari proflus ratione, ac quidem et *alibi* d) vox illa occurrit. Sed et sic lex haec cum iis, quae supra proposui, optime conuenit, ~~et~~ tantum abest, vt obstat sententiae meae, vt potius eam mirifice firmet. Ad praescriptionem actionum enim, ibi iam dixi, necessarium esse, vt cum effectu iam quoque vere institui, seu in iudicium ab actore deduci potuerint; hoc vero fieri non posse, nisi dies obligationis quoque iam *venerit*. Iam vero quum lex hic diserte praecipiat, dicim obligationis pignoraticiae, ideoque et actionis non ante venire, quam *soluta pecunia*; prono inde iam aliueo sequitur, actioni pignoraticiae non nisi ab hoc demum tempore praescribi posse e). Quibus accedit, quod si debitor post aliquot forte annos debitum soluerit, pignus vero tamen repete neglexit, v. c. si debitor pignoraticius elapsi post initum contractum vicennio forte debitum soluit, pignus autem ultra decem abhinc annos apud creditorem tamen adhuc reliquit, per illam solutionem, eamque a parte creditoris subsecutam pecuniae receptionem, interruptio praescriptionis, si quae coepit iam erat, manifestissime ita facta iam fuerit, quae utique impedit, quominus iam, uti contrariae sententiae fautores equidem perhibent, a tempore initi contractus flatim computatio lapsus tricennii fieri, quin efficit potius, vt ea nonnisi ab ipsa hac facta interruptione praescriptionis, sive solutione iniri possit. Aperi-  
tissime enim per ipsam illam solutionem configerat interruptio f). Iam vero est conclamatum, interrupta praescriptione nonnisi ab ipsa illa interrupcione demum tempus ad praescribendum necessarium currere: et quum interruptio hoc casu in ipsa, quam pono, solutione consistat; prono aliueo inde sequitur, ab ipsa solutione hac demum tricennium pignoraticiae actionis computari debere. Nec obstat, extra iudicialem ita saltem interpolationem adesse; quum supra iam dixerim, in personalibus eam efficacem sat esse, vt possit per eam praescriptio interrumpi.

a) REINH.

a) REINH. BACHOUIUS; ANTÓN. NEGUSANTIUS; ARN. WINNIUS;  
WESTENBERG; b. WESTPHAL *locis in not. a. ad §. proxime antecedentem*  
*excitatis.*

b) IO. VOET; PETR. de TOULLIEU; Celeb. ERXLEBEN, aliquie in not.  
b. ad eundem §. laudati; quamquam hi intuitu iuris luendi, quod quidem ipsius  
vti supra iam dixi, res merae facultatis est, a me dissentiant.

c) L. 9. §. 3. D. de pignor. act.

d) scil. in L. I. §. I. C. de annal. except. vbi actio nata dicitur, quam  
primum competere coepit; quod quidem ratio totius contextus edocet, non  
aliter ibi accipi posse, ac quamprimum ita competere coepit, ut actualiter  
potuerit in iudicium deduci, et vere instaurari. Cacterum in L. 9. §. 3. D. de  
pign. act. vocem nata est actio improprie sumi et explicandam esse, ut modo  
explicui, consentientem habeo IO. BRUNNEMANNUM ad h. l. nr. 7. seqq.

e) Singularis equidem et a nomine Ictorum, quot quidem inspicere licuit,  
defensa est sententia b. Dn. SCHMID l. c. Opus. II. §. 73. statuentis scilicet:  
actioni pignoratiae etiam triginta post veram adeo debiti solutionem annis  
elapsis, a creditore tamen eiusque herede, qui scientiam pignoris habet, non  
praescribi, quem his bona fides iufusque titulus deficiat, nec sola debitoris  
negligentia hic sufficiat. Sed leviter etiam hunc locum insipienti statim pate-  
bit, praescriptionem a Dn. SCHMIDIO inuentam et ipsi extinctio-mixtam  
nominatam, huic errori ansam et occasionem praebuisse. Quum enim supra  
iam monuerim, praescriptionem hanc extinctio-mixtam candem proflus esse  
ac praescriptionem adquisitiuam, facile largior, creditorem elapsu tricennio  
post veram solutionem pignori adquisitive nullo modo praescribere posse, uti  
supra iam dixi. Hoc tamen ad praescriptionem extinctiuam actionis, quae  
nihil aliud quam temporis lapsum desiderat, et in poenam negligentiae, cuius  
debtore, pignus post praefitam solutionem non repetens, manifesto reus est,  
nullo modo applicari posse, per se intelligitur.

f) Quodsi enim ipsa adeo solutio usurarum interruptionem constituit, uti  
patet ex L. 8. §. 4. C. de praescript. 30. vel 40. annos, multo magis iam ergo  
solutio fortis hunc effectum habebit.

---



---

 §. X.

*Enarrantur argumenta eorum, qui praescriptionem  
actionis pignoraticiae nihilominus statim a tempore  
contractus incipere perhibent.*

Quum igitur praescriptionem actionis pignoraticiae a tempore soluti demum debiti currere in §. praecedente modo probauerim, argumenta quoque dissentientium, quippe qui praescriptionis tempus a die initi contractus computandum existimant, expendam necesse est. Hi enim quamquam concedant, actionem pignoraticiam cum effectu prius institui non posse, quam dies obligationis ad pignoris restitutionem vere quoque veniret, tamen hance in illo §. a me defensam sententiam ex hoc ipso quod adduxi fundamento impugnant. Debitorum enim pignoraticium in hoc refugium querere, et sic contra praescriptionis lapsum tueri se posse perpicaciter negant, duclii potissimum ea ratione, quod nimirum contendunt, omnino debitorem ipsum in culpa esse, qui, dum scire debebat, actionem pignoraticiam aliter haud posse efficaciter intentari, quam soluta pecunia, debitum tamen tempestive non soluerit, et ita viam sibi non prius parauerit, ut secundo cum Marte pignoraticia potuerit experiri cum creditore, pignusque ab eo dudum repetere. Debitori iam ergo, pergunt, suam ipsius negligentiam in non luendo commissam proficuum fore, si aliter quam, vti eidem sentiunt, a tempore contractus, praefixi in legibus tricennii computatio fieri deberet, cui sua tamen obesse potius negligentia debeat, maxime, quum praescriptio in poenam negligentiae et pro ea coercenda sit vnicice introducta. Et sane ni ita statuatur, addunt, sequeretur, actiones quoque ex reliquis contractibus bilateralibus oriundas non a tempore initi, sed a tempore impleti demum contractus, praescriptioni ob id ipsum obnoxias fore; quum et hac actiones cum effectu

effectu non possint prius institui, nisi ante actionem sua ex parte contractum impleuerit. Et plerumque illustrare hoc satagunt exemplo ab actione emiti et venditi petito, qua emtorem et venditorem cum effectu non prius in iudicio experiri, quam pretium solutum aut res tradita sit, tralatitium est; adeoque si ex mea quidem sententia lis componi deberet, praescriptionem et aduersus hanc actionem, ex emto et vendito scilicet, non nisi ex eo tempore posse incipere computari, quo pretium oblatum aut res tradita fuit; quem ei tamen triginta annis a tempore initi contractus computandis omnino praescribi persuasissimum habeant, et a nemine ynguan in dubium vocatum. Ex quibus omnibus ergo iam iusta sibi ratiocinatione concludere videntur: actioni pignoraticiae, aequae ac reliquis actionibus omnibus, ex contradictionibus bilateralibus oriundis et descendantibus, triennio statim a tempore contractus praescribi debere a).

a) Haec fere sunt singula argumenta eorum, quos in §. VIII. not. a. vbius allegauit; quibus in refellendis iam operam collocabo in §. seq.

### §. XI.

#### *Et remouentur.*

Quam graue mihi vero certamen praeuideo cum aduersarii famae et eruditionis copia celebratissimis incundum, pro modulo tamen virium et eius quod in me est ingenii, sententiam meam contra hasce eorum modo laudatas obiectiones modeste defendendi periculum faciam. Quod felici an infelici eventu successerit, penes humanissimum Lectorem arbitrium esto. Contendunt nimirum aduersarii, debitorem in negligentia versari, si non soluerit, et sic ipse effecerit, ut actionem pignoraticiam non iam olim habuerit. Sed pace horum virorum nego et pernego, ante debiti solutionem, intuitu actionis pignoraticiae instituenda, de qua

vnicet tamen sermo, vlo modo in debitorem negligentiam cadere; quod  
 quidem, quum saepius supra monuerim, actionem hanc prius, vt pote  
 nondum natam, haud institui potuisse, omni prorsus dubio carere exi  
 stimo. Sed nec in eo quidem temere debitorem negligentiae postularem,  
 quod scilicet pignus haud citius luerit. Ante omnia enim moneo, ad id,  
 vt currere possit actionis praescriptio statim, vt illi volunt, a tempore con  
 tractus, necessarium fore, vt iam et statim, eademque fere hora, qua  
 v. c. pecuniam mutuam, in cuius securitatem pignus dederat creditor, vel  
 saltem acceperat, eadem et illam reddiderit debitor. Quod vero quum  
 absoluiri, et tam fini contractus quam menti contrahentium, et quidem  
 utriusque tam creditoris, quam debitoris pecunia indigi, contrarium sit,  
 nemo non videt, uno pulueris iactu ob hoc iam corrue aduersam  
 sententiam, et plane fieri non posse, vt a tempore contractus iam  
 statim pignoraticiae actionis praescriptio currat. Deinde vero prouoco ad  
 notissima illa iuris praecepta, quea, quoisque nondum interpellatus est  
 debitor, interpellatio illa, siue legis, siue diei, siue hominis fuerit, nil  
 plane interest, ab omni eum negligentiae nota excusant et liberant a).  
 Omnis ergo, ceu cuilibet patet, eo iam redeunt, vt, antequam debitor  
 negligens dici possit, respiciendum sit potius ad terminum solutionis, et  
 quomodo ille in contractu sit definitus. Praefixus scilicet ibi hanc in rem  
 vel dies est aliquis, vel non. Posteriori in casu interpellationem adhuc  
 hominis constat antecedere debere, antequam vlla in debitorem negligentiae  
 culpa cadere possit. Quae ergo si deest, tantum abest, vt hic in neglig  
 entiae sit; vt manifesto potius vnicet creditor eius sit reus et in ea haereat.  
 Priori vero in casu dies solutioni praecepsus vel certus est, vel incertus.  
 Si hoc, v. c. si debitum sub lege resignationis semestris praeviae sit forte  
 contractum, interpellatio adhuc requiritur hominis; adeoque si creditor  
 illam neglexit, iterum sibi ipsi imputare debebit, quod iure suo non usus  
 debitorem haud citius, praevia resignatione, ad soluendum compulerit b).

Si

*Si vero dies solutioni praefixus est certus, et debitor hunc praeterlati passus est, nulla praestita solutione; non equidem ausim eum excusare a negligentia, cum dies iam ita pro homine interpellet, nec repetita admonitione creditoris sit opus c). Verum enim vero, ut taceam hoc unico saltem casu debitorem reuera posse pro negligente haberi, non video sane tamen, quid ponderis inde multum pro stabilienda aduersa fententia petatur. Sit debitor negligens: an ob hoc creditor eandem effugiet negligentiae notam? Minime gentium: quum unius sane positio nunquam involuat exclusionem alterius. Nonne enim perinde quaeo est creditor negligens, et luculenter moram in non exigendo committit, qui, quamquam dies actionis principaliter competentis, facta iam ita interpellatione, venisset, ius suum agendi tamen hanc in effectum deduxit, neglexitque experiri, quum sic tamen iam posset? Si quid enim video, pignoraticius creditor, non nisi triplici potissimum ex causa hoc poterit omississe existimari. Aut scilicet *negligenter*; aut *fraudulenter*, ut scilicet aliquando lucrum facheret pignoris; aut etiam animo, terminum solutionis sic tacite *prorogandi*, et ita nouam debitori *dilationem concedendi*. Si hoc, purgabitur sane sic mora debitoris, nociosque non amplius effectus pro eo exferre poterit. Si illud, quum ita versaretur luculenter in dolo, quem nemini fas est patrocinari, sua sane intentione eum frustrari oportebit. Sin prius, merito culpandus utique erit, quod quum eius actionem plane nil impediret, non tamen eam vigilauit in actum deducere, et sic ipse effecit, ut tempora *praescriptionum actionis principalis ipsi iam inde inciperent currere*. Et sic certe mora unius cum mora alterius *compensanda* videretur d); ni mora creditoris luculenter praeponderaret e). Pone enim casum, creditorem, ut iam dies obligationis venisset, per tricennium tamen, ab inde computandum, nihilominus tacuisse, et judicialiter creditum persequi omisisse, sineulla etiam facta extrajudiciali interpellatione; nonne post lapsum huius tricennii *praescriptum* iam ita erit actioni creditoris? et nonne per id ipsum satis argui-*

tur, concurrente ut ut sane negligentia debitoris in non soluendo, principalem tamen adhuc creditoris negligentiam in non exigendo omnino haberi? Sed de hoc statim. *Porro*, hi, qui debitori pignoratio intra triginta annos a tempore contractus haud pignus luenti, pignoraticiam ob *hunc* non amplius saluam, sed cum debito ipso extinctam existimant, aperte contractum *principalem*, actionemque ex eo resultantem cum contractu *pignoris accessorio* miscent, certe non sollicite satis distinguunt, id nimis, quod intuitu actionis *principalis* ita iam euenit, statim ob id ipsum in pignoraticiam transferentes: quod sane fieri non debet, et ab omni iuri analogia abhorret. Actione enim ex negotio *principalis* resultante per praescriptionem extincta, arguitur per id ipsum negligentia *creditoris*, cui actio competit; sine qua quippe actioni principalis non praescribi potuerat, quum haec, vti dixi, fundamentum sit deum, unquam rationem totius praescriptionis actionum constitutat. Quodsi ergo sic *creditor* negligens est; quomodo quoquo creditoris haec negligentia intuitu *debitoris* noxia simul esse poterit, quod vtiique eueniret, si pignoraticiae iure is simul excidisset; quum notissima tamen sit regula iuris: suam cuique negligentiam nocere debere f), non vero et alii. Et nonne manifesto sic creditor, qui incommodum merito ex negligentia sua sentire debebat, loco eius sentire commodum potius, si iam ei licet, pro credito pignus, quod quidem plerumque multo maioris pretii ac creditum esse solet, abhinc retinere? E contra vero debitor, in cuius fauorem, vti dixi, introducta est tota praescriptio actionum, et qui proinde commodum ex ea sentire debebat, nonne loco eius incommodo adficetur? Quod quidem quam a mente et ratione legum alienum sit, vix est ut moneam, et quilibet videt. Certo certius ergo est, tricennio a tempore contractus, seu ex quo dies obligationis iam venerat, elapsa, positis ponendis, praescriptum ita equidem actioni ex negotio *principalis* resultanti; non tamen et cum ea pignoraticiam simul pro extincta habendum esse,

esse, quum ab illa ad hanc non valeat consequentia. *Denique*, quum supra concesserim ipse, debitorem, qui, vtut a die aut homine interpellatus, tamen haud soluit, versari in negligentia; tantum sane abest, vt prorsus ei impunem hanc culpam existimem, vt potius eum, *communes* g) eapropter morae effectus sentire debere, omnino defendam. Sed quum inter hos nullibi proditum sit, debitorem ob moram pignus amittere, quo manifesto tamen recurreret cauſa, si cum actione *creditoris principalis* perempta simul exſtincta pignoraticia foret; quin potius leges diserte praeceperint, ne *expresso* quidem *pacto* id effici posse, vt ob moram debitoris pignus committeretur, damnando proinde tale pactum commissorum, et illud in totum pro irrito declarando h); eo sane minus i) accedere possum aduersae sententiae, quo luculentius supra ostendisse me puto, in casu praefcriptae actionis *principalis*, principaliter magis *creditorum* in culpa esse, eiusque sane maiorem hoc casu *concurrenre*.

Ex dictis ergo adparet, non eo valere sententiam meam, vt proficiam debitori negligentiam velim in non soluendo commissam, sed id saltem me agere, vt ne grauius inde incommodum sentiat, quam quo leges ipsum diserte ob eam adficere voluerunt: deinde, vt ne id, quod in eius fauorem legibus introductum, et vnde commodum proinde sentire debebat, in odium ipsius et incommodum cedat; illi autem e contrario, cuius principaliter negligentia soberat, non solum ea non sit damnsa, sed et adeo lucrum loco poenae adferat: et denique, ne negligentia tantum in *non soluendo* commissa simul ei in negligentiam intuitu *actionis pignoracionis* imputetur; quod quomodo fieri possit, ego sane non video, quum diuersissimae sint vtraeque hae obligationes, altera *principalis*, altera *accessoria*, altera *debitoris*, altera *creditoris*, quarum ab illa ad hanc non nisi male infertur, et intuitu *actionis* nondum haſtenus natae ne cogitari quidem negligentia possit. Quae quum ita se habeant, omnino iam corruunt pars maxima

argu-

argumentorum, quae adversarii pro sua sententia adserunt; et unicum saltem adhuc eorum superest, in quo conuellendo sequens §. occupabitur.

a) Mora enim inducitur demum per interpellationem. Neque enim sola dilatio eius, quod fieri debet, iam eam constituit; sed ad formale ipsius requiritur praeterea, ut sit iniusta. vid. I. H. BOEHMER *Introd. in Ius Dig. Lib. XXII. Tit. I. §. 16.* Qualis vero quin demum adesse incipiat, si post interpellationem, sive legis, sive diei, sive hominis, tamen aliquis cessat in eo, ad quod tenebatur; sequitur, ante hanc interpellationem, deficiente nimis eousque formalis, nec moram adesse, nec debitorem posse pro negligente haberi. Paucis ut dicam, *venisse* dies debet, antequam cigitari possit negligentia. Quum vero veniat demum per interpellationem; ante eam adesse nec mora nec negligentia poterit.

b) GEO. AD. STRUUI *Syntagm. Ipdiae ex edit. PHIL. MUELLERI. Ien. 1632. 4. Exerc. XXVII. §. 78.* I. H. BOEHMER *I. c. §. 18.*

c) *L. 12. C. de contrab. vel committ. stipulat. L. 88. D. de R. I.*

d) *L. 23. D. Commod. vel contr.*

e) *L. 9. §. 5. D. de R. A. I. P. I. H. BOEHMER I. c. Lib. XIII. Tit. VI. §. 21.*

f) *L. 173. §. 2. D. de R. I.*

g) *Communes seu vulgares morae effectus in eo consistunt, ut v. c. usuras morae iamiam soluere obligetur debitor. Reliquos longius hic recensere animus mihi non est, quum nemini Lectorum incogniti sint et in omnibus fere Compendiis exponantur. vid. e. c. I. H. BOEHMER I. c. Lib. XXII. Tit. I. §. 20. et IO. GODOFR. SCHAUMBURG Compend. Iur. Dig. Lib. XXII. Tit. I. §. XV.*

h) Mirus in eo consensus est omnium fere iurium. vid. enim *L. fin. C. de past. pignor. c. 7. X. de pignorat. act. I. Feud. 27. pr. Reform. polit. Imper. de 1577. Tit. XX. §. 5. et Mecklenb. Pol. Ordnung Tit. X. conf. et I. S. F. BOEHMER Element. Ipot. Crimin. S. II. §. 364.*

i) *Quodsi enim mihi facile unusquisque concederit, conventionem, licet ita conceptam, ut intra tricunium saltem reliundi facultas debitori pateret, posthac*

posthac vero pignus committeretur, nihilominus nullam et irritam fore; quum quod in se nullum et simpliciter improbatum est, lapsu temporis sane conualescere nequeat: nec ob hoc probare cuiquam se poterit aduersa sententia, qua quippe luculenter idem efficitur, quod, si diserte conuentum fuerit, ipsi, uti monui, cu[m] nullum agnoscunt.

### §. XII.

#### *Continuatio.*

Restat sane, ut et de ultimo argumendo pauca adhuc adiiciam. Contendunt nempe aduersarii: Si verum esset, actioni pignoraticiae non a tempore contractus, sed soluti demum debiti, tricennium currere, etiam reliquis actionibus ex contractibus bilateralibus oriundis non a tempore contractus praescribi debere. Quod vero quum nihilominus utique fiat; sequi proinde, et pignoraticiae actioni terminum currere ab initio contractus. Verum enim vero non solum expresse in Iure nostro a) fanciutum est: omnem pecuniam solutam esse debere, priusquam nascatur pignoratica actio; quae legis dispositio adeo clara est, ut nulli fere dubio ratione quaestione ad ventilandum propositae adhuc locum relinquat; sed praeterea quoque aduersarii aliquid tanquam certum et indubitatum hic iam iam supponunt, quod magis tamen negandum, certe in omnibus casibus haud concedendum videtur. Statuunt scilicet, praescriptionem actionum ex contractibus bilateralibus oriundarum a tempore contractus semper incipere. At si etiam concedam, actiones ex contractu bilaterali tricennio post initum contractum elapsu illo casu extingui, quando uterque contrahentium triginta post initum contractum annos praeterlati passus est, neuterque eorum sua ex parte contractui interim vel modo satisfecit, quum per id ipsum mutuo dissensu a placitis iterum recessisse videri possint; minime tamen meo quidem iudicio hoc et procedet eo in casu,

G

quo

quo vnuſ contrahentium elapsō aliquo tempore post contractus celebratiōnem, id, quod erat in obligatiōne, alteri p̄aefitit. Quum enim hoc tanquam interruptio p̄aefcriptionis, si quae forte iam aderat, spectandum sit, facile liquet, etiam ab hoc demum tempore actioni hoc casu p̄aescribi debere. Hisce ita conflitutis, facili iam ergo negotio intelligitur, quid statuendum sit de p̄aefcriptione actionis emti et venditi, quam fere certatim nobis obiiciunt aduersarii b). Etenim mihi quidem hac de re sic videtur: Si intra triginta annos a tempore initi contractus nec emtor pretium soluit, nec venditor mercem tradidit, nec vlla interim facta interpellatio fuit, neque ex parte emtoris, neque a venditore, praecedentibus consentaneo omnino iam tum existimo actionibus emti venditique p̄aefcriptum. At si emtor effluxo post perfectam emtionem v. c. triennio pretium soluit, venditorque illud accepit; a quonam quaeſo tempore hoc casu p̄aefcriptio contra actionem emti incipiet currere? Ex mente dissentientium a tempore contractus; adeoque in casu proposito elapsi viginti et septem annis post solutionem actioni emtoris p̄aefcriptum erit. Mihi tamen magis se probat, arridetque sententia, quum per solutionem pretii eiusque a venditore subsecutam receptionem interruptio p̄aefcriptionis omnino contigerit; non posse non, niſi a tempore huius factae solutionis seu p̄aefcriptionis interruptae, minime vero a tempore initi contractus, p̄aefcriptionem actionum hoc casu incipere. Et quis non p̄atera videt, a contractu emtionis venditionis et inde descendente actione emti venditi ad contractum pignoris et actionem pignoraticiam nullam prorsus valere consequentiam; quum scilicet ille vnuſ saltem contractus sit, contractus pignoratus autem cum principali, cui accessit, simul sumtus, binos omnino contractus constitutus; cuius prioris dies post alterum, seu finito eo demum venit. Quo ipso differentiae ratio satis adaptet; simulque intelligitur, et hoc argumentum nullius esse ponderis.

a) L

a) *L. 9. §. 3. D. de pignor. act.*

b) vid. v. c. vt e pluribus paucos nominem ARNOLD. VINNIUM l. c. diferte sic differentem: *est*, inquit, *obligatio et actio emti nascitur quoad actum primum, simulatque de pretio conuenit, nisi tamen emtor pretium offerat, cum effectu agere non potest. An igitur non curret praescriptio longissimi temporis aduersus actionem ex emto, nisi ex eo tempore, quo pretium oblatum est? Neminem adhuc legi, qui id dicat.* Consentiant b. Dn. WESTPHAL l. c. nec non VOET l. saepius alleg.

### §. XIII.

*Specialior excusso casus: si debitum principale per praescriptionem extinctum sit.*

Quorum autem haec omnia? Nullum sane alium in finem, quam ut eo clarius elucescat, quum soluto demum debito iuxta saepius memoratum clarum effatum Vlpiani pignoraticia actio plene sit nata, et abinde iam demum in effectum deduci, et actualiter in iudicio institui possit; iam vero a me supra satis monitum sit, plane nil interesset, ipso iure an ope exceptionis haec solutio facta fuerit, cuius quidem posterioris generis modum soluendi praescriptio refert a); nec cum actione ex negotio principali resultante forte praescripta simul et exsilicta dici possit pignoraticia actio, ceu ex hac tenus dictis clare satis adpareat: nec aliter tricennium huius actionis, nisi ex eo tempore computandum venire, ex quo actio *principalis* per praescriptionem sublata erat. Distinguendum ergo ante omnia hic esse videtur: *vtrum debitum principale triginta iam annis anteriorius sit, an non?* Posteriori in casu ne de praescriptione actionis pignoraticiae quidem quaeri facile posse, res ipsa docet. Priori vero in casu iterum distinguendum: *num debitor visuras persoluerit, aliaque ratione interim debitum agnoverit, adeoque illud in confessio manserit, nec ne?* Illo in casu actioni pignoraticiae aequae minus ac principali praescriptio

currat, quum sacratissimus Imperator noster IUSTINIANUS b) diserte hanc in rem ipse praecepit: *Exceptionem triginta vel quadraginta annorum in illis contractibus, in quibus usurae promissae sunt, ex illo demum tempore initium capere, ex quo debitor usuras minime persoluit c).* Restat igitur, ut videam *eo de casu*, si debitum iam ante triginta annos contractum, *neus usurae solutae fuerint, nec interpellatum, adeoque iam ita ei praescriptum.* Ex antecedentibus haud difficilis erit responsio. Quum enim, ut saepius dixi, actionis pignoraticiae natuitas diserte in tempus soluti debiti demum conferatur in legibus; iam autem debitum non *naturaliter solum, sed et ciuiliter, non ipso iure tantum, sed et ope exceptionis solui posse, cuiilibet constet;* et ad hos soluendi modos praescriptio spectet: quid quæsto est clarus, quiam ab ipso demum praescripto debito principali, actionem pignoraticiam pro nata habendam esse, et abhinc ergo demum tricennium eius computari debere; quia quippe praescriptio eo demum a tempore, ut saepius monui, currere potest, ex quo scilicet nata et in actum deduci poterat actio. Quod vero quum demum a tempore soluti aut praescripti debiti principalis contingat, ultra inde sequitur: post debitum principale praescriptum non posse non hancce pignoraticiam actionem per triginta adhuc annos debitori patere. Mihi quidem haec omnia adeo clara et indubitate videntur, ut ne quidem reperiam, quod facile possit in contrarium obmoueri. Sed nihilominus instant hi d), qui oppugnandam sibi semel hanc sententiam sumserunt; nec sibi facile persuaderi patiuntur, pignoraticiam non posse cum principali simul pro extincta haberi. Regerunt enim, pignus et pignoraticiam obligationem accessoriam esse saltem debiti principalis; ideoque, quum accessorium suum semper sequatur principale, et sine eo profus cogitari non possit, nec posse ob id ipsum pignoraticiam actionem ultra durare, quam actio principalis, sed, simulac haec pereinta, simul et pro perempta illam habendam esse. Sed nec his moueor, ut a sententia

tentia mea vel tantillum discedam. Quod enim supponunt, actionem pignoraticiam esse accessoriā fātem, adeoque longiorem vitam haud uiuere posse, quam actio principalis, sed utrīque simul praescribi debere, hoc ipsis repugnat legibus; et tantum abest, vt obsint sententiae meae, vt mirum in modum potius eam confirmant, dum praecipiunt: actioni pignoraticiae locum adhuc esse, si actio principalis iam sit extincta; quod sane fieri non posset, si actioni pignoraticiae una cum actione principali praescriptum esse vellent. Diserte enim Imperator GORDIANUS recripsit e): *Intelligere debet, vincula pignoris durare, personali actione submota.* Quam equidem legem, quomodounque vel eam intelligere velis, mire tamen sententiae meae inferuire, et aduersariorum argumentum per eam infringi, facile patet consideraturis, hic diserte disponi: actioni hypothecariae, de qua vulgo hunc locum accipere solent f), vtut accessoriæ, post extinctam actionem principalem locum tamen adhuc esse, ideoque minime eam simul cum hac interisse. Quo ipso integrum aduersariorum argumentum vltro iam corruere per se intellegitur. Fimo ergo stat talo sententia mea, actionem pignoraticiam, cuius equidem dies venerat demum soluto, seu per praescriptionem extinto debito principali, non posse proinde, quum sane actio nulla in ipso illo momento, quo perfecta ipsius et plena natuitas demum incepérat, possit mortua dici, cum ipsa principali simul pro exticta haberet; quin vitam ipsius potius abinde incipere, ideoque tricennium ipsius legitimū eo magis demum ab ipso hoc tempore praecripti debiti principalis computari debere, quo expeditius est, actioni nondum natae nullo modo praescribi g).

a) Dissentient quidem BACHOV. ad TREUTLER. Vol. II. Disp. XXIX, Tb. fin. lit. B. LAUTERBACH Colleg. Tb. Pr. Lib. XIII. Tit. VII. §. 19, sed hos non moror, quum res sit, opinor, per se satis clara.

b) L. 8. §. 4. C. de praescr. 30. vel 40. annor.

c) Nec obstat argumentum a fideiussoribus petitum, quibus evidenter sunt, qui volunt, minime obesse interpellationem, quae debitori forte facta est, quominus tamen praescribere possint actioni aduersus ipsos creditoris competenti. Ut enim faciem, de integro hocco arguento adhuc litem penes iudicem esse, de qua inspecie potest Perill. CAR. FRIED. WALCHII *Intro. in Controvers. Iur. ciuil.* Ediz. nouiss. S. III. C. IV. M. II. Subf. II. §. XX.; disparitatem rationis praeterea, me quoque non monente, quilibet videt, quum quippe fideiussor aequo principaliter ac debitor obligetur, ideoque et ipsius obligatio statim cedat et veniat cum obligatione debitoris; quod sane secus in pignore, cuius quippe ad effectum pignoraticiae actionis diem demum venire post solutionem, saepius monni.

d) GOTTL. STURM. *Diss. de praescriptione reluitonis pignorum secundum analogiam Iuris ciuitatis.* Vitemb. 1728. IAC. RAUE l. c. §. CXLII.

e) L. 2. C. de luit, pignor.

f) Me quidem non fugit, varie hanc legem interpretari Doctores. *Alii* enim, v. c. b. Dn. SCHMID l. c. Opusc. III. §. 4. et ante eum iam HUGO DONELLUS in *Commentar. de Iur. ciu. Lib. XVI. Cap. XXVI. tit. G.* et *Commentar. ad Cod. Lib. VIII. Tit. XXXI.* dispositionem hanc contra prima iuris principia impingere, adeoque: *vincula pignoris Non durare legendum esse* censent. Quam tamen emendationem, quum ad eam, non nisi antea omnibus legem interpretandi et explicandi mediis frustra adhibitis, configere liceat, nullo modo probare possum. *Alii*, e quibus nominasse sufficiet summum *Cuiacium in Obferupt.* Lib. V. Cap. XXXII. et Lib. XV. Cap. XXIII. nec non in *Paratitl. ad Cod. Lib. VIII. Tit. XXXI.* vt et b. Dn. ERN. CHRIST. WESTPHAL in laudatissimo Opere *Vom Pfandrechte* §. XIX. not. 21. legem citatam referunt ad speciem in lege proxime precedente I. eiusdem tituli propositam, atque illam ex hac explicandam existimant. Omnes tamen hae interpretationes eo redeunt, ut legem saepius laudata in de actione interpretentur hypothecaria. Quam quidem interpretationem, vt ut meam non faciam, tamen nihil hic attinet, quum et sic meo iam fini sufficiat; et quae mihi de eius sensu videntur, infra dicturus sum in §. XV.

g) Me-

g) Mecum consentit eximus Ictus Viadrinus LUDÖV. GODOFR. MADHN  
in Princip. Iur. Rom. Edit. II. Tom. I. §. CCXXIX. nr. 3. et in notis  
ad GOD. LUDOV. MENCKEN Introd. in Doctrin. de Actionib. a se editam,  
not. 558. p. 197.

### §. XIV.

*Debito per praescriptionem sublatu<sup>m</sup> unice tamen illud  
qua obligationem ciuilem, salua naturali, sublatum  
est. Quod Legibus comprobatur.*

Debito principali per praescriptionem exstincto, non tamen id in  
totum pro sublatu<sup>m</sup> habendum esse, sed unice obligationem ciuilem, salua  
naturali, per lapsu<sup>m</sup> temporis periu<sup>s</sup> breuiter adhuc ostendam necesse  
est, quum exinde iam sane haud leuis effectus qua pignoraticiam actionem  
in §. sequente praesertim conspicuus, adhuc vel reliquus sit: quod ergo ut  
comprobem, iam operam dabo. Primo hanc in rem loco memoranda  
mihi est L. XXX D. ad Leg. Aquil. quippe quae ad illustrandam  
meam sententiam mirifice consert. Tertius quidam seruum oppignora-  
tum occiderat. Debitorum iam ergo, tanquam dominum serui, contra  
occidentem ex Lege Aquilia agere posse extra dubium est. Sed an et a  
creditore utilis ex hac lege actio itidem contra occidentem insitum possit?  
de eo quaeritur; et Ictus PAULLUS respondet: omnino posse; hanc  
adjiciens rationem: *quia potest interficere eius, quod debitor forte soluendo  
non sit, aut quod item tempore amiserit.* Quae quidem ultima  
verba luculenter satis euincunt, in casu pignoris pro actione temporaria a)  
constituti, exstincta licet actione per temporis lapsu<sup>m</sup>, obligationem debi-  
toris tamen penitus non tolli. Quem enim post exstinctam iamiam actionem  
principalem, creditori tamen adhuc actio utilis concedatur, manifesto  
hoc est indicio, exstincta ut actione principali per temporis lapsu<sup>m</sup>, reli-

quum

- 158 -

quum tamen adhuc mansisse aliquod vinculum, seu partem aliquam obligationis, cui potuerit inhaerere ius pignoris: pignore quippe nullo, vbi debitum plane nullum b). Quae vero obligatio, quum nulla alia esse possit, nisi naturalis; perempta utpote per praescriptionem sola obligatione ciuili, sequitur: propter obligationem hanc naturalem residuam pignus creditoris, exstincta iam licet actione principali, obligatum manere. Deinde prouoco ad L. VII. §. I. C. de praescript. tricent. vel quadragint. amori. quae quidem aduersus debitorem durationem actionis hypothecariae, de qua loquitur, per quadraginta annorum spatium extendit. Quomodo vero quoefo hoc fieri potuisset, si debitum principale, in cuius securitatem hypotheca tendebat, cuique post *tricennium* praescriptum iam erat, ipsa hacce praescriptione penitus iamiam exstinctum fuisset; et nonne manifesto hinc quoque arguitur, non in totum desississe post tricennii lapsum existere debitum; sed particulam adhuc quandam superstitem remansisse, quae porro iam quoque subiectum inhaesione hypothecae constitueret c)? Prouoco denique ad iam supra cit. L. II. C. de huius pignor. vbi, submota utut actione personali, vincula tamen pignoris durare, diserte adseritur; quod sane fieri non posset, si praescriptio debiti principalis, quo quidem de casu verba initialia dictae legis: submota actione personali, accipienda et explicanda potissimum esse recte docuit JOSEPHUS AUERANIUS d); *vinuerunt* et in totum id debitum fustulisset. Singula haecce loca luculenter sat indicant, per temporis lapsum seu praescriptionem non prorsus exstingui obligationem principalem; sed quum praescriptio sit iuris *civilis*; vnicce et per eam obligationem ciuilem, salua naturali, exstingui et tolli. Eodem etiam collineat Lex LIX. D. ad SCt. Trebellian. Speciem ibi occurrentem multis illustrare supercedere possum, quum quilibet eam facile possit intelligere. Debitor nempe pignoraticius creditorem heredem instituit, cumque rogauit, hereditatem tertio cuidam restituere. Initio quidem hereditatem ut suspectam adire fiduciarius noluit; postea vero ad instantiam fidei-

fideicommissarii a Praetore coactus adiit et restituit. Quo factō fiduciarius pignus sibi olim a debitore, eodemque iam testatore, traditum distrahere cupiebat; inuento autem nullo emtore, ab Imperatore id sibi domini tenus addicci desiderabat. Consulebatur iterum PAULLUS noster: num creditorī id liceat, et numne potius ad restituendum fideicommissario obligatus sit? Et respondet ICtus c): per aditionem quidem hereditatis confusionem obligationis factam esse, sed pignus *non sublatum fuisse*, et obligationem naturalem *remanuisse*, adeoque creditorem eundemque fiduciariū, si pignus stricte sic dictū habeat, ad illud *restituendum* *actione pignoraticia compelli non posse*; immo fiduciariū, si fideicommissarius pignus possidat, actione Seruiana hypothecam persequi posse, quia, *donec pecunia soluta sit, obligatio naturalis remaneat*. Et quamquam hoc PAULLI enunciatiū vnicē valere videatur de modo tollendi per confusionem, addit mox tamen: *Idem enim hic esse, ac eo in casu, si actio amissa sit propter exceptionem*. Quae quidem ultima verba idem innuere, ac ea quac modo ex *Lege XXX. D. ad Leg. Aquil. reliquisque ex Legibus* late deduxi, est in aprico. Recite enim BACHOUIUS f) illa explicat tali de casu, vbi obligatio sublata equidem fuit *ope exceptionis*; quae tamen exceptio eius indolis erat, vt obligatio nem extingueret vnicē ciuilem, salua naturali, cuius generis plures dari exceptiones in iure tralatitium est. Iam autem quum ex supra cit. *L. XXX. D. ad Leg. Aquil. reliquisque ex Legibus* abunde iam constet, praescriptionis exceptionem huius indolis esse; ad hanc etiam PAULLUM hoc loco respexisse verosimile est: sequiturque, dum ICtus dicta in lege diserte adserit: *idem hic esse ac in casu obligationis per confusionem peremptae, quo scilicet pignus perdurare statuerat, prouinde et in casu debiti per praescriptionem extinchi obligationem naturalem, adeoque et pignus in saluo manere g)*. Vnicē tamen pignori hoc datum esse videtur, vt nempe extincto licet debito principalī, in cuius securitatem constitutum

erat, aliquando sit tamen adhuc superficies; nec de reliquis accessoriis obligationum speciebus idem valere, vix est ut moneam, quum illud iam ante me animaduerterit b. Dn. ERN. CHRIST. WESTPHAL h).

a) De actione enim *temporaria* hunc locum accipendum est, vix dubitari potest, quum scilicet, exceptis quibusdam actionibus, quae exinde *temporales* dictae sunt, reliquae fere omnes tempore Pandectarum, et quidem in sensu proprio, perpetuae essent, nec ullo vnguam tempore finirentur. *fr. Inst. de perpet. et temp. act.* Tempore itaque litem omittere dicitur is, cui actio *temporaria* competit; quique terminum huic actioni praefixum praeterlabi passus, nec iure suo interim usus est; et tempore liberati dicuntur in iure nostro debitores, qui actione temporaria tenebantur, cuius autem dies exierat. vid. L. 3. pr. in fin. D. de fer. et dilat. L. 9. §. 2. D. de admin. et peric. zutor. L. 45. in fin. eod. L. 1. §. 21. D. de veur. in post. mitz. L. 5. §. 2. in fin. D. de Carbon. Edict. L. 24. D. de mort. cauiff. donat. L. 3. §. 1. D. quae in fraud. creditor. L. 25. §. 1. D. rat. rem bab. add. L. 2. D. de diu. tempor. praescript.

b) L. 11. §. 1. et 3. D. de pignor. act. L. 120. L. 178. D. de R. I.

c) Scio equidem dari ICTOS, qui ob id ipsum et quia nesciebant, per prescriptionem vincere tolli obligationem ciuilim, salua naturali, inextricabilem quandam hic difficultatem sentientes Legem 7. cit. proinde vnicce explicant eo de casu, si debitor principalis *interpellatus*, et sic impeditum fuerit, quomodo debito principali praescribi potuerit. Hos vero quum in viam reduixerint alii, et omnino ostenderint, durare hypothecariam iuxta dispositionem huius legis quadraginta per annos aduersus debitorem, etiam si vel *nulla* interpellatio facta, debitoque iam ergo praescriptum sit, iis sane non immoror. vid. IAC. RAUE I. c. §. CLIV. pag. 337. seq.

d) in *Interpretatt. Iuris Lib. II. Cap. XII. nr. 20.*

e) Bilem excitauit BACHOUIO I. c. Lib. V. Cap. II. nr. 7. hocce respondit PAULLI; et imprimis rationes, quibus sententiam suam superstruxit, non ipsi arribent. Et certe, quamquam libenter concedam, PAULLUM aliter in substrato respondere non potuisse, in eo mihi tamen merito culpandus videatur, quod pro stabilienda sententia sua argumento paullo longius petitio sit usus, quod

quod tamen in eo magis situm esse videtur, quod restituta hereditate omnia  
redeant in pristinum statum, et iura fiduciarii ad tempus confusa iam per se  
reuiniuant. Quodsi enim tritum et notorium est, talem esse effectum, qualis  
aderat causa; nemo non videt, si causa confusionis temporaria saltem suberat,  
ipsum etiam effectum seu confusionem non posse non saltem temporariam esse.  
Iam autem, quum fiduciarii dominium hereditarium reuocabile saltem sit,  
exinde profecto abunde iam sequebatur: restituta hereditate non posse non  
reuiniiscere singula illa iura fiduciarii heridis, quae confusione tantisper sopia  
erant: vt PAULLO iam ergo, me quidem iudice, plane opus non fuerit, in  
obligatione naturali, propter pignus superstite, refugium quaerere, et in ea  
vim et pondus sententiae collocare. Facile enim ita quis credere posset, Ictum  
voluisse, in casu non dati pignoris fiduciarium credito omnino excidere; quum  
tamen per ea quae modo exposui, etiam debitum mere chirographarium, quod  
testator fiduciario forte debebat, post restitutionem hereditatis omnino reuini-  
uat, et recte proinde a fideicommissario petatur. Nec multum refert, quod  
in specie legis adductae fiduciarius *coactus* hereditatem adierit; quum etiam si  
libere adiisset, tamen post restitutionem pignus et creditum reuiniissent, et  
vtrumque tam agendo quam excipiendo aduersus fideicommissariorum persecuti  
fiduciarius potuisset: licet non diffitear in specie proposita eo adhuc aequius  
decisum fuisse, quod fiduciario, qui plane nihil lucri ex additione habebat, eo  
minus haec poterat damnoosa esse. Caeterum pro stabilienda sententia mea, quod  
scilicet in dominio reuocabili saltem, restituta re, iura per se reuiniuant,  
prouoco ad L. 80. D. ad SCt. Trebell. L. 57. pr. D. de usufr. L. 7. pr. D. de  
fund. doral. L. 9. D. Commun. praed. L. 18. D. de servitut. L. 2. §. 18. D.  
de act. vel hered. vend. L. 31. D. de pignor. L. 20. pr. D. de A. R. D. nec  
non ad L. 21. §. fin. D. et L. 22. C. de inoff. testam. et in specie qua fiduciarii  
post hereditatis restitutionem ad cit. L. 80. conf. et FRIED. ESAI. a PU-  
FENDORF Obseru. Iur. vniu. Tom. II. Okf. LXXXIX.

f) *I. c. Lib. V. Cap. II. nr. 8. p. m. 367.*

g) Et ita etiam sentit IO. CHRIST. CLAPROTH in *Diss. supr. cit. de rebus*  
*merae facultatis* §. XI. p. m. 30.

h) *Vom Pfandrecht §. IX. not. 21. p. 30. col. 2.* Defideiussore enim clarum  
hoc est ex L. 38. §. 5. D. de solut. et liberat. L. 21. §. 3. D. de fideiussor. et  
mandator. vid. et IO. VOET Commentar. ad Pand. Lib. XLVI. Tit. III.  
§. 19. seqq.

## §. XV.

*Vnde ergo exceptio hoc quoque in casu adhuc datur  
creditori, quominus sine praevia debiti solutione  
pignus dimittere et restituere debeat.*

Ob id ipsum ergo caue existimes, dum in §. praecedente XIII.  
monstrauerim, actionem pignoraticiam in casu debiti per praescriptionem  
exstincti, per tricennium, ab hoc ipso tempore praescripti debiti compu-  
tandum, adhuc debitori patere, me statuere voluisse, hunc in casu pro-  
posito actionem pignoraticiam eum ad effectum insituere posse, ut pig-  
nus iam, nullo quoque soluto debito, hinc gratis, a creditore auocare  
possit. Quamquam enim soluto debito saepius dixerim, diem pignorati-  
iae actionis venire, solutoque denum debito, quod omnino et per praescrip-  
tionem fieri posse adserui, cum effectu eam posse in iudicium deduci;  
notanter tamen supra talem supposuit modum soluendi, qui quoad viram-  
que obligationem, tam ciuilem quam naturalem, debitum exstinxerit.  
Qualis quin. autem, per §. praecedentem, praescriptio in substrato  
dici non possit; qua quippe perempta vnicet ciuilis obligatio, salua na-  
turali: sequitur: quum vel solum etiam debitum mere naturale tam pig-  
nus admittat, quam exceptionem producat a), tamdiu et creditorem,  
Praescriptione non obstante, ipsa hacce exceptione ex superflite adhuc ob-  
ligatione naturali competente, aduersus debitorem tueri et defendere se  
posse, quo usque hic ipsi nondum ratione debiti satisfecit b). Quum enim  
in

in omnibus, maxime tamen in iure spectanda sit aequitas e); et admodum iniquum foret, si creditor credito et pignore simul fraudaretur d), iura nostra succurrunt creditori; eique suppeditas ferunt, ut actionem pignoraticiam, principali vtute debito praescriptum iam fuerit, tamen quounque ipsi ratione debiti nondum satisfactum, inefficacem reddere, et efficere queat, quominus haec in ipsum vires exsiccere possit. Praetor enim in omnibus casibus, vbi ex rigore iuris civilis contra aequitatem naturalem aliquid petitur, exceptionem doli generalem proposuit e); ne cui dolus suus per occasionem juris civilis contra aequitatem naturalem prodesset f). Quia exceptione tutus semper est is, qui aequitatis naturalis praesidio fultus ius iniquum actoris excipere cupit g). Clariora sane evadent haec omnia, si in memoriam reuocauerimus, quod supra iam praeceunte Celeb. Dn. WEBER h) monui: non adeo debitum sed proprie magis solam actionem, salvo debito, per praescriptionem pro exsictione haberi posse. Quare, quum debitum ergo per temporis lapsum exsictionem haud fuerit, sed saluum manserit; intelligitur sane, cur, quounque hoc adhuc exsictionem haud est, nec pignoratio possit cum effectu institui. Recete quidem iam dicitur dies eius venisse; sed quum sola saltem actio principalis exsictione sit, quod ipsum tamen indicio est, obligationem ciuilem sic quoque iam debito desiccare incepisse, reliqua sane naturalis obligatio obterit tamen, quo minus debitor pro pignote repetendo efficaciter experiri possit. En igitur modum, quo per oppositam doli generalis exceptionem, quam residua obligatio naturalis suppeditat, tamen iam creditor debitorem compellere, certe per indirectum efficere potest, ut soluere debeat, ni pignore suo velet carere. Trata quidem et cuius sat nota haec sunt. Prouoco tamen, vt et his satisfiat, qui increduli sunt et legem efflagitant, ad saepe cit. L. II. C. de luit. pignor. quam recius hoc de casu intelligi puto. Continetur nimurum in ea, meo quidem iudicio, Rescriptum imperatorium ad consultationem creditoris emissum, qui forte debito aut actioni principali

præscribi passus erat, et ob id ipsum iam verebatur, ne debitor actione pignoraticia, quippe quae, vti vidimus, nata iam erat, de pignore restituendo cum ipso experiretur. Huic Imperator Gordianus respondet: notissimi iuris esse, nexus pignoraticum, licet actio personalis extincta iam foret, tamen adhuc durare, adeoque creditorem, ne sine debiti solutione pignus a se peteretur, haud vereri debere. Qua quidem posita huius legis interpretatione, cui tamen nil video quod obstant, accommodatio sane lex ad casum præsentem plane dari non potest i).

a) L. 5. §. 1. D. de pignor. et hypoth. L. 7. §. 4. D. de pact.

b) Perinde sane et eadem prorsus ratione, qua ill. Dn. AD. DIET. WEBER in libro doctissimo *Veber die natuerliche Verbindlichkeit. Abtheilg. III.* §. 107, recte et pereleganter docuit de filio/familias contra SCtum Macedonia-num pecuniam mutuam accipiente. Quodsi is enim forte pignus creditoru-tradiderat, frustra sane ad eius restitutionem cum creditore experietur sine debiti solutione; sed, ni pignore carere malit, nil quicquam obstante SCto, tamen hoc ante omnia solvere obligabitur: nulla certe alia ex causâ, quam quod SCtum, vti ex L. 10. D. ad SCt. Macedon, intelligitur, itidem saltem obligationem ciuilem infregerat, *salua naturali*, quam ergo superflitem, vti pignus admittere, ita et exceptionem creditori suppedite modo dixi.

c) L. 90. D. de R. I.

d) L. 30. in fin. D. de except. rei iud.

e) tot. tit. D. de dol. mal. et met. except. Dolο fieri intelliguntur, quando obstat exceptio. L. I. pr. D. ead. et Dolο facere dicitur, quicunque id, quod quaqua exceptione elidi potest, penit. L. 2. §. 5. D. ead. L. 3. C. de non num. pecun. Exceptio dolī generalis ergo nihil est aliud, quam *adferio*, intentionem actoris esse contra aquitatem naturalem.

f) L. 1. §. 1. D. eod.

g) L. 12. D. eod.

h) Von Klagen und Einreden I. supr. ad §. II. cit.

i) Con-

i) Consentit JOSEPH AVERANIUS *I. c. Lib. II. Cap. XII. nr.*  
*18. 19. 20.*

### §. XVI.

#### *Summa totius argumenti.*

Sed est, vt vela iam contraham; quare breuissimis adhuc, quae haec tenus dicta sunt, expositurus sum. Summa scilicet totius Commendationis eo reddit, vt, si de *adquisitiua* sermo sit praescriptione, pignori nullo vnuquam tempore praescribi existimem. Si vero de *exstinctiua* quaeritur: distinguo *casum* debiti principalis vere seu naturaliter soluti a *casu* nondum soluti debiti. *Priori* in casu actioni pignoraticiae tricennio a tempore factae solutionis computando praescribi defendo. *Posteriori* vero in casu iterum distinguo: *an* per usurarum solutionem vel alio quoconque modo interpellatio facta, sicque praescriptio debiti interrupta fuerit, *nec ne?* *Illo* in casu praescriptio actionis pignoratiae non procedit; in *hoc* vero huic actioni intra tricennium a completa ipsius debiti principalis praescriptio computandum, praescribitur, ita tamen, vt debitor nec iam hoc casu aliter eam possit cum effectu in iudicium deducere, nisi debitum prius soluerit, et creditori satisfecerit.

### §. XVII.

#### *De praescriptione actionis pignoraticiae secundum Ius Canonicum.*

Quae haec tenus de praescriptione actionis pignoraticiae statui, de Iure ciuili tantum valere intelligitur. Ex Iuris enim pontificii placitis quaestio haec longe aliter decidenda videtur. Quum enim supra adseruerim, Ius Canonicum in illis actionibus, quae ad restitutionem rei alienae

ab

ab altero hucusque possessae tendunt, bonam fidem per totum praescriptio-  
nis tempus requirere, facili sane intelligitur negotio: actioni pignorati-  
ciae, vtut elapsis post veram et naturalem solutionem triginta annis, a  
creditore pignoratio ipso a) nullo modo praescribi, adeoque pignus eti-  
am post memoratum tempus a debitore adhuc repeti posse; multoque  
magis ergo in casu debiti per praescriptionem extincti, actionem pigno-  
raticiam debitori, oblato prius debito, adhuc patere.

a) Facilius enim id fieri ab heredibus poterit, quatenus ipsis nempe  
bona fides optulatur. I. H. BOEHMER *Introd. in Ius Dig. Lib. XLI. Tit.*  
*III. §. 22. in fin.*

\* \* \* \* \*

Haec fere sunt, quae de praescriptione actionis pignoraciae expo-  
nenda habui. Quae si Tibi, Lector Benevoli, non prorsus displicere  
animaduerterint, impense laetabor. Caeterum si ex imbecillitate ingenii  
humani, quam nec in me deficere, lubens agnosco, quaedam vel minus  
recte vel non satis accurate dicta sunt, ea ut aequi bonique consulere,  
meque meliora edocere velis, vehementer rogo.

*Si quid nouisti rectius ipsis,  
Candidus imperti: si non, his utere mecum,*

*T A N T V M.*

et ceteri emendationes eiusdem emendationem ob amissione  
aliqua syllabis enim eius ait: emendatione eis est mutata illis et  
ceteris quibus minus magis: nonobstantibus taliem spacio cum dilectis  
etiam brevi et concisa: ut supra emendatione illi ob amissione Oculi: tunc







3

TA → OL f  
nur 1+8 verknüpft

